

**www.e-rara.ch**

## **Iohannis Vogt Catalogus historico-criticus librorum rariorum**

**Vogt, Johann**

**Hamburgi, 1747**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRF 88

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-30507>

B.

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



## B.

**Johannis BAAZII** Inventarium Histor. Ecclesiasticæ Sueo-Gothicæ. *Lincopie* 1642. in 4.

Rarioribus, imo rarissimis Scriptis adnumeratur ab Illustr. Seckendorffio ap. Wendlerum in *Diff. de Libr. rar.* §. XXV. Conf. *Dänische Biblioth.* P. IV. p. 3. sq. V. p. 60.

**Andree BACCII** de Thermis Libri VII. Opus locupletissimum, non solum Medicis necessarium, verum etiam Studiofis variarum rerum naturæ perutile: in quo agitur de universa aquarum natura, differentiis, ac mitionibus cum terra, ignibus, & metallis; de terrestribus ignis natura nova Tractatio; de fontibus, fluminibus, lacubus, de Balneis totius Orbis, & de Methodo medendi per Balnea, deque lationum simul, atque exercitationum Institutis in admirandis Romanorum Thermis. Demum ab ipso Autore recognitum, & plus mille locis auctum. *Rome*, ap. *Jac. Mascardum*, 1622. fol.

Liber rarus in Auctione Menarsiana p. 40. pro 11. floren. 10. stuv. venditus. Vid. Jo. Lud. Bunemanni *Catal. Libror. rariss.* p. 67. Primi Libri hujus editio *Venetiis* ap. *Vincent. Valgrisum* 1571. fol. iterumque 1588. prodiit. In editione *Romana* omisæ sunt figuræ; quæ an extent in editione recentissima 1711. *Patavina* in fol. ignoro. Solus hujus Operis Liber VII. de Thermis Veterum exponens insertus est Tomo XII. *Thesauri Antiquit. Roman.* Græviani. Aequè ut illud reliqua etiam *Andree BACCII* Scripta sunt rariora, ac imprimis illud: *De naturali Vinorum Historia; de Vinis Italiae, & de Conviviis Antiquorum, Libri VII.* *Rome*, ap. *Nic. Mutium*, 1596. in fol. iterumque 1598. *Francofurti*, ap. *Nic. Steinium*, 1607. in fol. Conf. *Merkwürdigkeiten Biblioth. Dresdens.* R. T. I. p. 291. sqq.

*Bene-*



*Benedicti* BACCHINI Diff. de Sistris Parmæ.

Quinquagesies saltem excusa est; quam tamen *Jac. Tollius* locupletatam denuo edidit: *Dissertatiuncula & notis adjectis*, Traject. ad Rhen. ap. *Franc. Halma*, 1696. in 4to maj. pagg. 36. Pretium interim raritatis nondum amisit.

*Bobuslai* BALBINI Miscellan. historica Regni Bohemiæ.

Opus sumtuosum, ac minus frequens obvium, cujus *Decadis I. Liber I.* qui *Naturalem Historiam* continet, *Pragæ* 1679. in fol. prodiit. *Liber II.* sive de *Incolis Bohemiæ veteribus ac novis*, *ibid.* 1680. fol. *Liber III.* s. de *Finibus & terminis Bohemiæ*; itemque de *Arcibus, Oppidis & Urbibus.* *ib.* 1681. fol. *Liber IV.* *Hagiographicus*, s. de *Sanctis Bohemiæ.* *Pragæ* 1682. fol. *Liber V.* *Parochialis*, s. de *Parochiis & Sacerdotiis Bohemiæ*, *ib.* 1683. fol. *Liber VI.* s. de *Archiepiscopis Bohemiæ*, *ib.* 1684. fol. *Liber VII.* *Regalis*, s. de *Regibus & Ducibus Bohemiæ*, *ibid.* 1687. fol. *Liber IX.* s. *Epistolæ publicæ de Bohemia*, *ibid.* 1688. fol. Duo ultimi *Decadis I.* Libri nunquam, ut arbitror, editi sunt. Prodiit interea *Decadis II. Liber I. & II.* qui *Stemmatographiam Familiarum illustrium*, & *Tabularium Bohemiæ Genealogicum* exhibent. *Pragæ* 1687. II. Voll. in fol. Recensentur singuli hi Tomi satis copiose in *Actis Eruditor. Lipsiæ* editis. Aequè rarum est aliud *Bobuslai* BALBINI Opus historicum huc pertinens, quod *Epitomen Rerum Bohemicarum historicam* s. *Historiam Bolislaviensem* placuit appellare. *Pragæ* 1677. in fol. Quinque Libris hic pleraque in Historiis Bohemicis incerta controversa, obscura, multa item ab aliis præterita, maxima diligentia, claritate, & brevitate exponuntur. Accessere in quibusdam saltem exemplis *Epitomes Rerum Bohemicarum* s. *Historiæ Bolislaviensis Libri VI. & VII.* *Pragæ* 1678. fol. Conf. *Bibliotheca Historica Struvio-Buderiana*, p. 1058. sq.

BALDERICI, *Noviomensis & Tornacensis Episcopi*, *Chronici Cameracensis & Atrebatensis* a Clodoveo usque ad A. 1030. Libri III. c. notis *Georg. Colvenerii. Duaci* 1615. in 8.

Librum



Librum hunc perdifficiliter hodie reperiri testatur *Catalog. Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 316. & *Biblioth. Histor.* Struv. Buder. p. 519.

Lazaro BALDI, *Pittore Pistojese*, breve Compendio della Vita di S. Lazaro Monaco e Pittore. *In Roma* 1681. in 16.

Liber paucorum quidem foliorum, attamen in ipsa Italia perrarus. Vid. Haym *Notiz. de Libr. rar.* p. 262.

Johannis BALEI Scriptorum illustrium majoris Britanniae Catalogus, a Japheto per 3618. annos usque ad annum 1557. post Christum natum, ex variis Autoribus collectus, & novem Centurias continens. *Basileae*, ap. Jo. Oporinum, sine anno, in fol.

Jam tempore Christiani Daumii, quo plura tamen quam nunc extabant hujus Operis exempla, frustra ab Eruditis quaesitum ac desideratum fuit. Docet hoc S. R. Reimmanus in *Catal. Biblioth.* T. II. p. 30. sqq. qui egregias habet Observationes de hoc ipso Libro, qui pluribus invisum nominat, etiam iis, qui oculis se usurpasset simulant. Extat in Bibliotheca nostra Compendium istius Operis lingua gallica scriptum, paucissimis cognitum. En titulum: *Les Vies des Evêques & Papes de Rome, depuis la dispersion des Disciples de Jesus-Christ, jusqu'à Pie IV. à present regnant &c. Extraites du grand Catalogue des Escrivains d'Angleterre par Jean BALEE, Anglois. à Lyon 1562. in 12. pp. 742.* In limine Opusculi legitur: *Preface de Jean BALEUS au Lecteur, ou les enormes paillardises & Sodomies des Moines & Prêtres d'Angleterre sont decouvertes.*

Le Sieur DE BALEICOURT *Traité historique & critique de l'Origine & de la Genealogie de la Maison de Lorraine, avec les chartres, servant des preuves aux faits avancez dans le corps de l'ouvrage, & l'explication des Sceaux, des Monnoies & Medailles des Ducs de Lorraine. à Berlin (revera à Nancy) 1711. in 8.*



Liber severissime prohibitus, quem *Lad. Carolus Hugo*, Pramonstratensis, latens sub larva de *Sieur de BALEICOURT*, composuit. Juvabit hic legere, quæ de fati hujus Libri acerbioribus narrat *Jacobus le Long* his verbis: " Son Livre  
 " est mieux écrit, que celui du Père *Benoist de l'Origine*  
 " *de la maison de Lorraine*; mais il est rempli de traits hardis & seditieux, ce qui a été cause, qu'il a été fectri par  
 " Arrêt du Parlement de Paris du 17. Decembr. 1712.  
 " avec un autre du même Auteur intitulé: *Reflexions sur*  
 " *les deux Ouvrages nouvellement imprimez, concernant l'His-*  
 " *toire de la Maison de Lorraine, 1712. in 12. & celui*  
 " *de Jean Mussey Primé Curé de Lougioe, la Lorraine ancienne & moderne, ou l'ancien Duché de la Mosellane,*  
 " *veritable Origine de la Maison Royale, & du Duché de*  
 " *Lorraine; avec un Abregé de l'Histoire de chacun de ses*  
 " *Souverains: sine indicio loci & Typographi, 1712. in 8.*  
 " Cet Auteur suit a peu pres le faux Systeme de Franc. de  
 " *Rosieres*; son Ouvrage est imprimé à Nancy. „

*Francesco BALLARINI* Compendio delle Chroniche della Citta di Coma nel quale si tratta di tutte le Cose notabili successe dell'Origine di quella fino al 1619. *In Como 1619. in 4.*

Liber in Italia perrarus. Vid. N. Fr. Haym *Notiz.* p. 59.

*Stephani BALVZII* Capitularia Regum Francorum. *Parisis 1677. II. Voll. in fol.*

Editio splendidissima, sed etiam rarissima, quod Auctiones publicæ docent. Conf. *Bibliotheca historica* Struvio-Budariana p. 718.

*Mr. BALUZE* Histoire Genealogique de la Maison de la Tour d'Auvergne. à Paris, chez *Dezallier*, 1708. in fol. Tom. II.

Liber hic auspiciis & sumtibus familiæ Alvernensis a *Stephano Baluzio* editus, a Galliæ Rege fuit prohibitus, prout legitur in *Catal. Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 507. his verbis: " Es sind Titel darinnen, die bis dato noch  
 " keinem Menschen bekannt sind; dannhero das Werk  
 " verdächtig, und zu verkaufen vom Könige verboten worden.  
 " den.



“ den. „ Recensetur satis copiose in *Actis Eruditor.* 1710. p. 179. sqq.

Novelle del BANDELLO. In Lucca presso il *Busdrago*, 1554. Parte tre, in 4. La quarta parte stampato in *Lione* per il *Marfili*, 1573. in 8.

Liber in ipsa Italia admodum rarus. “ Ma la quarta parte di esse stampata in *Lione* e ancor piu difficile a trovarsi. ” Vid. Haym *l.c.* p. 177. Conf. Jo. Chr. Götz *Merkwürd. der Dresd. Biblioth.* T. I. p. 79. sqq.

BANDINI, *Theologi doctissimi & pervetusti*, Sententiar. Libri IV. in quibus universæ Theologiæ summa, ac fidei nostræ Compendium pure, simpliciter ac methodice tractatur; nunc multo quam ante correctius editi ad utilitatem omnium christianæ pietatis studiosorum. *Lovanii*, ap. *Petrum Colineum*, in 8. pp. 412.

Obscurum quidem Bandini nomen est; maximæ tamen de Libro ejus subortæ sunt disputationes, utrum nempe Bandinus Petrum Lombardum exscripserit, an Petrus Bandinum? Quam litem prolixè agitatum ægre definit Jac. Thomasius, qui fuscè ac erudite de tota hac controversia disserit in *Diff. de Plagio Litterar.* §. 493. sqq. Certe Bandini Liber infrequentissimis est infrequentior, tantæque raritatis, ut non sine causa existimem, Viros ceteroquin doctissimos, Lambertum Danæum, Phil. Labbeum, Guil. Caveum, Casimirum Oudinum, & alios, qui vel contra Lombardum pro Bandino, vel contra Bandinum pro Lombardo pronuntiarunt, Bandini Librum oculis nunquam usurpasse. Exemplar, ex quo titulum descripsimus, fuit olim in Bibliotheca Jo. Diecmanni. Annus impressionis in titulo quidem non est expressus; hinc dubitamus etiam extare editiones, quæ *Lovanii* 1555. itemque 1557. in titulo gerant, ut legitur in V. C. Lud. Mart. Kahlil *Bibliotheca Philosophica* Struvian. T. I. p. 48.: at ex Privilegio regio, quod editor præfixit, apparet, illud A. 1555. fuisse excusum, & quidem juxta editionem, quam A. 1518. e Codice MSto Medlicensi curavit Benedictus Chelidonius, Abbas Viennæ. Quæ editio fuit in *Bibliotheca Gribneriana*



P. I. p. 574. hoc titulo insignita: BANDINI *Sententia theologica*, per *Benedictum Chelidonium*. Vienna 1519. in fol. Id sane ex utriusque Libri contentione negari non potest, Bandini Librum esse Compendium eorum, quæ diffusius a Lombardo tractata sunt. Bernh. Pezsius in *Diss. Isagogica ad Tom. I. Thesauri Anecdor. novissimi* p. 46. ex incomparabili eruditionis librariæ, qua pollet, copia hæc suppeditat: “ D. Jo. Eckius, S. Theol. Doct. clarissimus, in suo Libro, “ quem de sua Disputatione Viennæ habita edidit, de Magistro Bandino quid sentiat, Lector advertet. Cujus hæc sunt verba: Ad Medicum venimus, insigne Divi Benedicti Monasterium, ubi dum in hospitio itineris comites, “ corpora & equos curarent, ego pro meo in bonas litteras “ amore, Monasterium conscendi, supellestem chartaceam “ visurus, ubi codices reperi plurimos. At inprimis mirifice oblectabar in *Mag. BANDINI Summa Theologica*. “ Quam dum diligentius lætitassem, comperi (dempta styli “ elegantia) nihil eum aut perparum a Petro Longobardo, “ Sententiarum Magistro, differre, ita singulas sententias, “ eo etiam ordine, quo Magister doctissime profequitur. “ Contuli enim confestim Librum Libro, non uno in loco. “ Ut mihi dubitatio suborta sit non modica, quis ex eis “ cuculus fuerit, alienum sibi supponens partum. Petrus enim a tot sæculis receptus est pro certo Autore & primario hujus Summæ. At contra, pervetustus est Bandini “ Codex, in antiquissimo Monasterio, tali formula concinnatus, ut quis facilius aliquid addiderit, quam detraxerit. “ Hæc Eckius. Verum dubitationem hanc, quis horum “ duorum alteri sua debeat, dirimit laudatus Codex Altahæ superioris, in quo Bandini Opus *Abbrevisatio de Libro Sacramentorum Mag. Petri, Paris. Ep. fideliter acta* clare ac affirmate dicitur. Quibus de rebus cum intercenandum cum A. R. P. Amando, Altahæ superioris Seniore, oculis capto, sed Viro doctissimo, sermonem haberemus, testabatur is se ideo duntaxat nunc maximo recipiendi visus desiderio inflammari, ut restam præclaras, quæ domi suæ hæctenus omnibus insciis adversatæ essent, suis ipse oculis posset usurpare. „ Utrum vero Bandinus Lombardum in epitomen redegerit, an Lombardus a Bandino dicta latius deduxerit.



deduxerit, istud definiri, iudice B. Diecmano, prius nequit, quam certo constet, Bandinum Lombardo ætate priorem vel posteriorem esse, quod in tam constanti veterum de Bandino silentio nemo facile determinaverit. *Benedicto Chelidonio*, qui primus Bandinum A. 1519. ut dixi, vulgandum typis curavit, diu multumque, cujas ille, & fortunæ cujus homo fuerit, tum historias, tum amicos percontanti, nihil horum innotuit; ex eo tamen priorem scripssisse Bandinum probat, quod, ubi de Sacramentis agitur, Lombardus quædam, Bandinus plane nihil attulit, & integram plane Sacramenti speciem omisit, id quod contra morem Abbreviatorum esse solet. Tacet Bandinum non Trithemius modo, qui hoc ipso anno 1519. vivere desiit; sed & qui satis diu post hanc editionem scripsit, Bellarminus. Bellarmini autem illustrator, Labbeus, T. II. p. 784. notitiam ejus sic habet jejunam, ut Librarium fuisse potius, quam ullius Libri Autorem credat. Vid. Jac. Thomafius *de Plag. Litterar.* §. 500. Per multa tamen obstant, quominus adsentiar Casimiro Oudino, qui in *Commentar. de Script. Eccles.* T. II. p. 1222. asserit, Bandinum nostrum non alium fuisse, quam *Banchinum*, vel *Bankinum*, Londinensem Augustinianum, qui A. 1382. vixit, & Oxoniæ olim primarius Theol. Professor Librum *adversus Propositiones Wiclefi*, alterumque *Determinationum variarum*, nec non *Sermones ad Populum*, reliquit. Conjecturam hanc Oudini audaciorem appellat Cl. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infimæ Latin.* T. V. p. 779. Quodsi tamen in rebus perobscuris indulgere conjecturis licet, Bandinum nostrum suspicor fuisse ex antiqua & nobili Bandinorum familia, de qua hæc lego in Caroli de Visch *Biblioth. Scriptorum S. Ord. Cisterc.* p. 24: “Antonius Libanorius, “nobili oriundus profapia, Monachus & Abbas S. Bartho- “lomæi prope Ferrariam, antiquitatis studiosissimus, scripsit “- - - *Vitam etiam Dav. BANDINI, Monachi Cisterc.* “& Episcopi Suanensis in Tuscia, excusam *Ferrariæ*, typis “*Petri Franc. Sozzi*, in 8. Ferdinandus Ughellus in Epist. “ad me data Romæ 4. non. August. 1654: David Bandi- “nus oriundus fuit ex antiqua & nobili Bandinorum familia, “Senensi, quæ deinceps in Casenatensem Civitatem traducta “inter ceteros clariss. Viros protulit Hieronym. Bandinum,



“ S. R. E. Cardinalem, & Marcum Agrippam, Aefinum  
 “ Episcopum. Sed David spretis pro Deo gentilitiis stem-  
 “ matibus, aliisque mundi blandientis favoribus religiosam  
 “ paupertatem inter Cistercienses in S. Galgani cenobio  
 “ amplexus est; ubi mox tam probitate morum quam doctri-  
 “ na ita effulfit, ut Clerus Suanensis A. 1270. eum in Epi-  
 “ scopum elegerit, quam electionem etiam Gregorius X. R. P.  
 “ approbavit die 15. Oct. A. 1272. prout habetur in Regi-  
 “ stro Vaticano. Vid. Ughellus T. III. *Italia Sacra* inter  
 “ Episcopos Suanenses, n. 18. fol. 822. „ Haecenus Carolus  
 de Visch. Non incongruum erit, nec ingratum etiam, ut  
 spero, Lectori hic legisse *Conradi Fanningii*, Presbyteri  
 e Soc. Jesu doctissimi, & ob compilationem vagrandis operis  
 Actorum Sanctorum satis celebratissimi, *Epistolam* haecenus  
 ineditam de BANDINO exponentem, cujus Autographum  
 apud nos est.

*Reverende in Christo Pater,  
 Frater carissime.*

Responsio R. VE. de Auctore *quatuor Librorum  
 Sententiarum* opportunissima fuit ad interroga-  
 tionem doctiss. Dn. Diecmanni. Quis enim un-  
 quam dubitavit, aut dubitare potuit, quin Lom-  
 bardus sit Autor *Librorum IV. Sententiarum*, in  
 quas S. Thomas, atque tot alii deinceps commen-  
 tati sunt? Tempus & locus, quibus Lombardus  
 vixit, ejusque Episcopatus & multa gesta notissima  
 sunt: Bandinus, quod ad haec omnia spectat, ob-  
 scurissimus est, & ne Gesnero quidem, qui pluri-  
 bus de Lombardo agit, usquam notus in Biblio-  
 theca sua; & vix scio, an ulli, qui post Gesnerum  
 ejusmodi Bibliothecas Scriptorum collegerunt,  
 commemoretur. Si viderit unquam Dn. Diecman-  
 nus *Libros Sententiarum* Lombardi, simul viderit,  
 immensum esse discrimen inter illius & Bandini  
 quatuor



*quatuor Libros Sententiarum.* Hic compendiator parvulum scripsit Libellum; ille Autor decuplo majorem. Habeo Bandini editionem *Lovanienſem*, in qua fol. i. præfatur Petrus Colonaus de editione *Vienneniſi* anni 1518. Librum illum paucis eatenus viſum, & fane nescio, an eatenus ab ullo citatus ſit, cum Lombardi Opus ſemper notiſſimum fuerit.

Dn. Blondel notus Autor eſt, in hæreſi natus: etiam in illa putatur mortuus eſſe. Negari non debet, fuiſſe Virum eruditum. Sed ſi Dn. Diec-  
mann Librum ejus *de Primatia Eccleſiæ* magni facit; debet eodem jure magni facere Librum ejusdem alium de famoſa *Joanna Papiffa*, quam meriſſimam fabulam eſſe luculenter oſtendit, frendentibus Acatholicis iſtius fabuloſæ Joannæ tenacibus. Scripſere multi inter Catholicos de Primatia Eccleſiæ alia atque alia pro ſuo ſenſu; nullus tamen, quod ſciam, ex profeſſo ſibi ſumſit refutandum Blondellum. Quid autem inde inferatur? refu-  
tari non poſſe? Haberent, quod agerent Catho-  
lici, ſi vellent ejusmodi omnia Acatholicorum ſcripta refutare. Plura talia, ubi fides noſtra ſoli-  
diſſime fundata eſt, contentu potius refutanda ſunt, quam reſponſ. e. Plura non capiet hæc charra, neque mihi nunc permittit tempus. Quare R. V. amplector cum oſculo caritatis, & me SS. ejus, & Apoſtolicis laboribus plurimum commendo.  
Antverpiæ, Kal. Novembr. 1706.

R. V.

Servus in Chriſto,  
Conr. Janningus.

Reverendo, & in Chriſto  
Patri, P. Joanni Han-  
notte, Societatis Jeſu.  
Hamburgi.

Tho-



*Thomæ BANGII, D. & Prof. Regii Havniensis, Cœlum Orientis & prisici Mundi, Triade Exercitationum literariarum representatum. Havniæ, typis Petri Morsingii, Reg. & Acad. Typogr. sumtibus vero Petri Hauboldi, 1657. in 4. pagg. 224.*

Recentent hunc Librum in Germania rariorem Theoph. Sincerus in *der neuen Sammlung von raren Büch.* p. 158. sqq. Mich. Lilienthal in *der Exegetischen Biblioth.* p. 226. Idem Liber recusus fuit absque ulla mutatione *Cracoviae* 1691. in 4. hac inscriptione: *Exercitationes Philologico-Philosophicæ, quibus materia de ortu & progressu literarum ex intimis & genuinis suis principiis ita succincte pertractatur, ut nihil in hac amplius desiderari videri possit. Quæ editio æque rarissima est. Infrequentes etiam sunt ejusdem BANGII Observationum Philologicarum Libri II. Jussu regio in Usus Scholarum Daniæ & Norvegii ad illustranda Jani Dionysii Fersinii Grammaticæ latinæ præcepta adornati. Havniæ, typ. & sunt. Sal. Sarterii, 1640. in 8. pp. 1456.*

BARBERINAE Bibliothecæ Catalogus, qui *Romæ* hac inscriptione prodit: Index Bibliothecæ, qua *Franc. BARBERINVS, S. R. E. Cardinalis, Vice-Cancellarius*, magnificentissimas suæ familiæ ad Quirinalem ædes magnificentiores reddidit. Tom. III. Libros typis editos completentes. *Romæ, typis Barberinis* excudebat *Mich. Hercules*, 1681. fol.

De præstantissimo & rarissimo hoc Libro, paucissimisque cognito, ex instituto agit V. C. Jo. Henr. von Seelen *de præcocibus Eruditis*, p. 16. sqq.

*Casp. BARCÆI* Epistola de Rebus Ormutinis.

Inter rarissimos Libros connumerari has Epistolas pluribus indicat S. R. Dan. Gerdes in *Fascic. Libror. rarior.* p. 13.

*Hieron. BARDI, Genuensis Philosophi, Medici, ac Theologi, Medicus Politico-Catholicus, seu Medi-*



Medicinæ sacræ tum cognoscendæ, tum faciendæ  
Idea. *Genue*, ap. *Jo. Mar. Ferronum*, 1634. in 8.

Librum hodie rariorem vocat J. H. von Seelen in *Dissert. de Medicorum meritis in Scripturam S.* p. 7. Nulla ejus mentio est in G. A. Mercklini *Lindenio renovato*.

*Casparis* BARLAEI Bogermannus ἐλεγχόμενος.  
Diluuntur etiam Crimina impacta a M. Slado  
Erasmo Roterodamo. *Lugd. Bat.* 1615. in 4.

Librum hunc suo jam tempore rariorem fuisse docet Georg. Richter in *Epist. select.* p. 482.

*Cesaris* BARONII Martyrologium Romanum.  
*Romæ*, ex Typograph. *Dom. Basæ*, 1586. fol.  
*Venet.* 1587. iterumque 1597. in 4. *Antwerp.*  
1589. fol.

In his editionibus verba hæc, postea deleta, apparent:  
*Antiochiæ Sanctæ Xynoridis Martyris, de ea scribit S. Jo. Chrysof.* Hom. 4. de Lazaro. De alia juniore nobilitate & pietate clara femina Xynoride S. Hieron. *Epist.* 8. ad Demetriadem. Baronius nomen appellativum Συνορις, Attice Συνορις, i. e. bigæ, compar, pro proprio accipiens, puerilem erravit errorem. Xynoris hæc fuerat inducta ex loco Chrysofotomi male intellecto, ubi Xynoris par Martyrum designat, Juventium scilicet & Maximum, qui, imperante Juliano, Antiochiæ Coronam Martyrii invenerunt. Rariores proinde sunt hæc editiones, imo tam raræ, ut Theoph. Raynaudus audeat Combessum mendacii arguere, quod in Romano Baronii Martyrologio Sanctæ Xynoridos nomen legi dixerit. Ubi, inquit, in Romanis, quas adversarius Baronio tribuit, tabulis sancta Synoris? Scilicet suppressæ sunt priores Martyrologii editiones, & in posterioribus nomen hoc non amplius deprehenditur: dum Baronius a Nic. Fabro, Petro Pithæo, Petro Duæo aliisque amicis admonitus, Xynoridem suam in nihilum, unde malis avibus venerat, retro egerit. Vid. Thom. Ittigius de *Biblioth. & Caten.* PP. p. 157. sqq. *Essais de Litterature* T. I. p. 23. sqq. *Serpilius de Libris rarior.* p. 90. sqq. *Catalogus Bibliothecæ* Gerh. van Mastricht p. 493. *Nova Acta Erudit.* 1742. p. 154.



*Cæsaris* BARONII Annales in Slavonicam linguam conversi.

Hujus Libri duos Tomos luculenter typis impressos, se Petropoli vidisse perhibet V. Cl. Jo. Petrus Kohlius in *Hist. Litterar. Slavorum* p. 102. quod observatum nemini adhuc meminimus, atque adeo Versionum Baronianarum notitiæ, quam dedit Cl. Jo. Alb. Fabricius *Biblioth. Græc.* Tom. XII. p. 167. addendum. Vid. *Acta Eruditorum* 1729. p. 511.

As Decadas III. primieras de Asia de *Joan. DE BARROS*, em que se tratam os sectos de Portugueses no descobrimento & conquista dos mares & terras do oriente, depois do anno de 1412. até o de 1526. *Lisboa* 1628. III. Voll. in fol. Decada IV. da Asia de *Jo. DE BARROS*, depois do anno de 1526. até o de 1539. reformata, accrescentada, illustrada com notas & Tabolas Geographicas, por Jo. Bapt. de Lavanha. *Madrid* 1615. in fol. As Decadas IV. V. VI. VII. & IIX. da Asia por Seguir a *Jo. DE BARROS*, depois do anno 1526. até o de 1571. por Diego de Conto. *Lisboa*, 1602. 1612. 1614. 1616. & 1673. V. Voll. in fol. Libros V. da Decada XII. da Historia da India de Diego do Conto, depois do anno 1596. até o de 1600. tirados a Luz por Miguel Frz. de Villareal. *Paris* 1645. fol.

Opus hoc inter rariora rarissimum est, de quo hæc leguntur in *Catalogo Historicorum* Fresnoio-Mencken. pag. 485: "Diese Decades des *Joan DE BARROS*, und deren Continuation, sind überaus rar, wenn man sie zusammen haben will; ja die meisten findet man nur in MSto. „ Conf. *Acta Eruditorum* 1737. p. 532. sq.

BASILEA Sacra, sive Episcopatus & Episcoporum Basileensium Series, Jo. Conrado, Episcopo



scopo Basileensi, ad sacram Inaugurationem dicata a Collegio Brunthrutano Soc. Jesu. *Brunthruti* 1658. in 8. 1. Alph.

Libri hujus a Collegio Jesuitarum ejus loci in honorem Jo. Conradi de Rogenbach, Episcopi Basileensis, editi, paucissima expressa fuere exempla. Vid. Schelhornii *Amenitat.* T. II. p. 388. *Biblioth. Histor. Hamburg.* Cent. I. p. 24. sqq.

*Henr. BASSE, Monachi Ballensbedensis, Panegyricus Genealogiarum Illustrium Principum Dominorum in Anhalt. A. 1519.*

Scriptum hoc admodum rarum vocatur in Jo. Hübneri *Biblioth. Genealog.* p. 497. Illud nuper Cl. Jo. Christoph. Becmannus variis Notis locupletatum, & subinde castigatum recusum dedit in *Accessionibus Historiæ Anhaltinæ* p. 1-26.

*Sebastiani BASSONIS, Doct. Medici, Philosophiæ naturalis adversus Aristotelem Libri XII.* in quibus abstrusa Veterum Physiologia restauratur, & Aristotelis errores solidis rationibus refelluntur; cum Indice locupletissimo. Amicus Plato, amicus Socrates; sed magis amica Veritas. *Amsterodami, apud Lud. Elzevirium, in 8. pagg. 631. non computatis paginis Indic. & Præf.*

Autorem hunc una cum Scriptis suis ignotum fuisse tum Morhofio, tum Christiano etiam Thomasio, testatur Cl. Heumannus in *Conspect. Hist. Litterar.* p. 315. *ed. recentiss.* qui hanc etiam Philosophiam recenset in *Act. Philosoph.* T. III. p. 939. sqq. Editio Elzeviriana nobis est ad manus. Editionis *Genevensis* 1621. in 8. meminit Georg. Abr. Merklinus in *Lindenio renovato* p. 962. Hanc *Genevensem* rariorem *Elzeviriana* esse judicat Cl. Jac. Bruckerus in *Histor. Critic. Philosoph.* T. IV. p. 467.

*Mutiani DE BATH, Equitis Scoti, de veræ Religionis inventione & forma Libri VI. Andreeopoli in Scotia, A. 1686. typis Jo. Clasquo.*

Scriptum



Scriptum atheisticum, sed valde rarum, cujus satis copiosam descriptionem habes in S. Rev. Jac. Frid. Reimmanni *Histor. Artheismi* p. 551. sqq. & in *Catal. Biblioth. Reimman.* p. 989. sqq. An revera unquam fuerit typis excusum affirmare non audet laudatus Reimmannus, qui in MSto illud possidet, ac fatetur, se nihil quicquam de illo unquam in Reipublicæ/litterariæ Annalibus memoriæ proditum reperisse, five Scriptoris obscuritas hujus rei causa fuerit, five Scripti raritas, cujus exemplum MStum etiam in *Bibliotheca Uffenbachiana* extare docet *Catalogus* T. III. p. 681.

*Dominici BAUDII Amores*, in quibus *Autorum*, & *Opusculorum selectorum rhapsodia*, cum *Jos. Scaligeri*, *Cl. Salmasii*, *Petri Scriverii*, aliorumque *Virorum doctissimorum Notis*. *Lugd. Bat.* 1638. in 12.

Admodum rarus est hic Libellus, quem Petrus Scriverius vel in famam, vel in infamiam Baudii, Veneri plus quam per honestatem & ordinem licebat dediti, composuit. Placet hic adscribere verba Mr. de Monnoye: " Chercher BAUDII Amores en Italie, c'est-y chercher Villon, & Coquillart. " Le Livre comme vous savez, est originaire de Hollande, " où il fut imprimé en 1638. & où il n'en reste plus d'exemplaires il y a long tems. Je me souviens en avoir vu plus d'un à Genève étant fort jeune, sans avoir été tenté d'en acheter &c. „ Exemplar hujus Libelli extat apud nos hoc rubro: *Dominici BAUDII Amores, edente Petro Scriverio inscripti Th. Graswinckelio. Lugd. Bat. ap. Franciscos Hegerum & Hackium*, 1638. in 12. pp. 518.

*Wilhelmi BAXTERI Glossarium Antiquitatum Britannicarum*, s. *Syllabus Etymologicus Antiquitatum Veterum Britannicæ atque Ibernicæ temporibus Romanorum. Londini* 1719. in 8. Chart. imperial.

Librum hunc tam paucis exemplis impressum fuisse, ut vix ullo nunc pretio in Anglia comparari possit, referunt ex *Wilh. Nicolsoni Historia Hibernicæ* p. 7. *Acta Erudit.* 1724. p. 429. *Conf. Biblioth. Historica Struvio-Buderiana* p. 564.

*Theoph.*



*Theoph. Sigfrid. BAYERI, Regiomontani, de Numo Rhodio in Agro Sambienſi reperto Diſſertatio, in qua ſimul quædam de Numis Romanis nuper in agro repertis retractantur. Regiomont. 1723. in 4.*

Diſſertationis hujus XLIIIX. ſaltem Exemplaria pro amicis excuſa fuerunt. Vid. *Acta Erudit. 1724. p. 74. ſq.* Recuſa jam legitur Tomo II. *Actorum Boruſſicorum* pag. 266 - 298. Reliqua etiam ejuſdem BAYERI Scripta nec minus elegantiam & multijugam eruditionem quam raritatem habent.

*Henricus BEBELIVS Triumphum Veneris* edidit, prout ipſe teſtatur apud Jac. Thomafium in *Diſſert. de vagantibus Scholaſticis, §. XIII. XIV.* Hic tamen BEBELII Libellus tantæ eſt raritatis, ut Jac. Thomafius illum, omni licet adhibita induſtria, indagare non potuerit. Mart. Lipenius in *Biblioth. Philoſoph. p. 1517.* ſcribit, *Triumphum Veneris Argentorati 1515. in 4.* fuiſſe excuſum. Conf. Sam. Engel *Biblioth. Librorum rariſſ. p. 13. ſq.*

*Natalis BEDAE, Doctoris Theol. Pariſienſis, Annotationum in Eraſini Paraphraſes N. Teſt. & Jac. Fabri Commentarius in Evangeliſtas, Paulique Epistoſas. Libri III. Pariſ. 1526. in fol.*

Liber hic BEDAE jun. & cum Beda, Venerabili dicto, non confundendi, perrarus eſt, & juſſu Superiorum ſuppreſſus. Vid. Mr. Sainjore *Biblioth. Crit. T. II. cap. XXV.* per integr. p. 376. ſqq.

*Petri BEDICK Scriptum quoddam rariffimum, Mihi haſtenuſ plane incognitum, commemorat Chriſt. Gryphius de Scriptoribus hiftoricis Sec. XVII. p. 580. his verbis: " Edidit Viennæ 1668. in 4. Petrus BEDICK, Perſo Armenus, ut ſe ipſum vocat, ſermone latino Librum in his oris admodum rarum: Che Hil nempe Satum, ſive Explicationem utriuſque celeberrimi & pretioſiſſimi Theatri XL. Columnarum in Perſide; cui adjecit Narrationem copioſam, de Religione, moribusque Perſarum, eorundem vivendi modo, populis vicinis, aliſque ſcitu dignis.*

*The Fable of the BEES, v. FABLE.*

*Franc.*



*Franc.* BELCARIJ Rerum Gallicarum Commentarij ab A. C. 1461. ad A. 1580. Accessit ex occasione variis locis Italicæ, Germanicæ, Hispan. Hungar. & Turcicæ Historiæ Tractatio. *Lugd.* 1625. fol.

Rarissimis Libris adnumerantur a Theoph. Sincero in *Nachrichten von raren Büchern* pag. 108. Magna enim libertate sunt scripti.

*Guilielmi* BELENDINI, *Scoti, Magistri supplicum libellorum Augusti Regis M. Britanniæ,* de tribus Luminibus Romanorum Libri XVI. *Parif.* 1634. in fol.

Rarus ex indicio *Catalogi* Marq. de S. Philippe, Tom. I. pag. 159.

*Franc.* DE BELLEFOREST P Histoire des neufs Rois, Charles de France: contenant la fortune, & vertu des Rois, qui sous ce nom de Charles ont mis. à *Paris,* 1568. in fol.

Rarioribus Libris adjungitur in *Bibliotheca Anonymiana,* T. I. p. 133.

*Marci Mantuæ* BENAVIDII, *Patavini Jcti,* Imagines illustrium Jctorum, quæ inveniri potuerunt, ad vivam effigiem expressæ. *Rome, Ant. Lafrerii Sequani* formis, 1566. in fol.

Opus hoc continens Icones XXIV. Jctorum Clarissimorum rarissime obvium est. Vid. Sigm. Jac. Apinus in *der Anleit. Bildnisse gelehrter Leute zu sammeln,* p. 119. Frid. Rothscholtzen *Beytrag zur Historie der Gelehrten,* P. III. p. 195. sqq. *Thesaur. Biblioth.* T. I. p. 201.

*Anton.* BENBELLONÆ ad Pragmaticam Constitutionem de Pace Religionis in Comitii Augustanis A. 1555. promulgatam, Commentatio Juridico-Politico-Historica. *Francof.* 1612. in 8.

Liber rarissimus, indicante S. R. Dan. Gerdes in *Florileg. Librorum rarior.* p. 13.



*Nicolas BERGIER de Reims Histoire des grands Chemins de l'Empire Romaine, où se voit l'eclaircissement de l'Itineraire d'Antonin, & de la Carte de Peutinger. Paris. ap. Morel-lum, 1622. in 4.*

Liber admodum rarus, ex indicio *Catologi Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 88. & Jacobi le Long in *Bibliotheca Histor. Gallie* p. 15. Latina Libri hujus Versio produit hoc titulo: *Nicolai BERGIERII Historia Viarum Romanarum, ex Versione & cum Notis Henr. Christiani Henningii. Trajecti ad Rben. 1699. in fol. cum fig.* Sed non admodum honorifice de hac Versione sentiunt Eruditi. Vid. Jo. Alb. Fabricii *Conspectus Thesauri litterarii Italiae* p. 185. Inserta nihilominus est Tomo X. *Thesauri Antiquitt. Romanar.* Graviani.

*Claudii BERIGARDI Circulus Pisanus de veteri & peripatetica Philosophia, in secunda editione auctior & retractatior. Patavii 1661. apud Paulum Frambottum, in 4.*

Liber inter rarissimos numeratus, in quo Autor Disputationes suas Circulares Pisis in Libros Physicos Aristotelis habitas exhibet, Superiorum permisso censurisque munitas, *Utini, A. 1643. in 4.* Altera editio *Pataviensis 1661.* & charta typorumque nitore ac elegantia priorem *Urinensem* vincit. Utraque satis rara est. Vid. Doctiss. Jac. Bruckeri *Historia Crit. Philosophie* T. IV. p. 466. Atheisticis adnumeratur in *Bibliotheca Uffenbach. T. I. p. 763.* & a S. Rev. Reimmanno in *Historia Atheismi* pag. 406. sq. De Autore hæc legis in *Naudeanis* p. III: "Il ne croit qu'en Aristotele, & se moque de toute la Religion des Italiens." In *Catal. Librorum rariss.* Jo. Lud. Bünemanni p. 107. huic Libro pretium 8. talerorum constituitur.

*Jac. BERINGERS Neues Testament, vid. NOVUM TESTAMENTVM.*

*Charles BERNARD, Historiographe de France, Histoire des Guerres du Roy Louis XIII. contre*



tres les Religioneires Rebelles. à Paris, de l'Imprimerie Royale, 1633. in fol.

Librum hunc duodecies saltem fuisse impressum ex Sorello refert Groschufius in *Prefat. de Libr. rarior.* p. 25. Verba Sorelli in *Biblioth. Gall.* p. 356. leguntur. At vero monere Lectorem debuisset Groschufius, ipsum Sorellum inferuisse postea hunc Librum *Historiæ Regni Ludovici XIII.* post Bernardi mortem a se editæ sub titulo: *Histoire de Louis XIII. jusqu'à la Guerre declarée contre les Espagnols par Charles BERNARD, Lecteur ordinaire, & Historiographe du Roy; avec un Discours sur la Vie de cet Historien.* à Paris 1646. fol. Conf. Jaques le Long *Biblioth. Historiq. de France,* n. 8826. 9102.

*Fo. Bapt.* BERNARDI Seminarium totius Philosophiæ, exhibens ordine alphabetico omnium Philosophorum, eorundemque Interpretum, Græcorum, Latinorum & Arabum Sententias, III. Tomis. *Venetis* 1582. & 1585. in fol.

Judicium Morhofii de hoc BERNARDI Libro, quem rarissimis adnumerat *Catalogus Biblioth. Schalbruchianæ* p. 12. legas in *Polybistore litterar.* Libr. I. cap. XXXI. §. 28.

*Philippi* BEROALDI Opuscula, Orationes & Poëmata. *Basil.* 1517. in 4.

Liber perrarus, judice Menckenio in *Catal. Biblioth.* p. 802. Conf. *Autographa Lutheri & Coetaneorum* T. III. p. 3. sqq. Prima editio *Parisiis* 1513. in 4. in *ædibus Ascensianis* prodit. Vid. Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* T. II. p. 251. Novam hujus aliorumque BEROALDI Opusculorum editionem maximopere exoptat S. R. Jo. Gerh. Meuschen in *Viris Summorum Virorum* T. I. præfat.

*Franc.* BEROALDVS Libb. quosdam de Chymia scripsit, ut testatur Bælius in *Dictionar.* qui tamen titulos horum Librorum non addidit. Rarissimos hos esse indicat Jo. Lud. Hannemannus in *Epistola ad Chymicæ Studiosos,* quæ legitur in limine *Via veræ & tutæ ad Ophir auriferum Kilon.* 1712. in 4. editæ, his verbis: "Magni etiam æstimandus est Autor Gallus, BEROALDVS dictus, qui duo  
" de



“ de hac sublimiori Chymia scripsit Volumina, alterum in 8.  
 “ alterum in fol. sed rarissimi commatis, neque facile obvia. ”

*Petri BERTII* Theatrum Geographiæ Veteris, Tomi II. *Amstelodami*, typis *Jf. Elzevirii*, sumptibus *Jodoci Hondii*, 1618. fol. maj.

Liber oppido rarus, in Bibliothecæ Bentesianæ Auctione divenditus pro XL. florenis. Conf. *Bibliorb. historica* Struvio-Buderiana p. 664. it. 1674. & *Catalogus Historicor.* Fresnoio-Menckenianus p. 21.

*Christoph. BESOLDI* Prodrromus Vindiciarum Ecclesiasticarum Wirtembergicarum, sive succincta & in Compendium redacta Demonstratio, quod Monasteria in Wirtembergia, quæ Aug. Imper. noster, Ferdinandus II. jure & armis Deo & Ecclesiæ restituit, sint libera, & Ducum Jurisdictione immunia. Emissa in publicum, & missa in antecessum, dum plenior ejusdem argumenti tractatio sequatur. A. 1636. in 4. Alph. I. pl. 16.

*Ejusd.* Documenta rediviva Monasteriorum præcipuorum in Ducatu Wirtembergico sitorum: quæ integro & justo seculo in Archivo Ducali, aliisque locis abditissimis, condita & abscondita; tandem Deo propitio ab invictissimo Ferdinando II. & Ferdinando III. &c. &c. resuscitata, revocata, pristinisque communicata Dominis; universo nunc Orbi legenda, censenda, dijudicanda, in lucem producuntur. Præmissa est summaria Deducio Libertatis, Immunitatis, aliorumque Jurium illis Monasteriis competentium, juncta nonnullorum argumentorum refutatione succincta. *Tubingæ*, apud *Philibertum Brunn*, 1636. in 4.



*Christoph. BESOLDI* Virginum sacrarum Monumenta in Principum Wirtembergicorum ergastulo litterario iuxta annorum centuria injusta detenta Captivitate tandem Superis faventibus A. 1634. Ferdinandi III. &c. victricis erepta manu, præeunte perbrevis Contentorum omnium Compendio, juridicis, aliisque, prout rerum varietas exigebat, stipata notationibus, in lucem prodeunt: Orbi universo suam Dominarumque suarum demonstratura innocentiam; Adversariorum detectura vim & injustitiam: qua ipsa quidem in tam aliena, tamque diuturna coniecta vincula; hæc vero sacratis suis integro prope fuerint seculo destitutæ Bonis, ac Domiciliis. *Tubingæ*, apud *Phil. Brunn*, 1636. in 4.

Scripta hæc Besoldiana inter rariora rarissima sunt, publica scilicet auctoritate suppressa; quibus ob hanc causam Uffenbachius in *Catal. Biblioth.* T. I. p. 399. pretium XX. imperialium constituit. Cōf. de illis *Bibliotheca Hamburgensis Historie. Centur. VII.* pag. 109. sqq. Schelhornii *Amenitat.* Tom. II. p. 342. T. V. p. 165. 166. *Thesaurus Bibliothecalis* Tom. III. p. 252. sq. & qui primo loco fuissent nominandi, Illustr. Jo. Gottfried von Meiern *Actor. Pacis Westphalicæ* T. III. Præf. \*\*\*\*. & Jo. Jac. Moserus in *Bibliotheca Scriptorum de rebus Svecicis* p. 14. sq. qui nos docet, tum *Prodrumum* A. 1723. in fol. tum etiam *Documenta rediviva* 1726. in fol. *Viennæ*, sine tamen mentione hujus urbis, fuisse recusa, addens: "Es haben sich aber Ihro Hochfürstl. Durchl. "zu Würtemberg wegen sothaner Auflage dieser nichts als "Hafs und Verbitterung nach sich ziehenden Bücher bey "dem Kayserl. Hofe sehr beschweret. „ Tribus his rarissimis Scriptis jungi debent biua alia huc pertinentia a *Christoph. BESOLDO* eodem tempore, ad eundemque finem conscripta. I. *Documenta concernentia Ecclesiam Collegiatam Stuetgardensem. Tubingæ* 1636. in 4. II. *Documenta Ecclesie Collegiate in Oppido Backhenang Diæceseos Spirensis. Tubingæ*



binge 1636. in 4. Audiamus de illis Illustr. Moserum l. c. p. 15: " Diese Schriften, inquit, sind noch viel rarer, als alle drey vorstehende, und eine der raresten, die mir bekannt sind. Es sind darinnen vortreflich die alte Württembergische Historie, und das Jus Primogenituræ dieses hohen Hauses illustrirende Documenta; und verlohnet sich daher der Mühe, daß wir die Documente specificiren. Es sind &c. „ Quæ ad Befoldiana hæc priora quinquennio post reposuerunt Wirtembergici itidem sunt rarissima, licet recusa curis secundis. Duo autem sunt Scripta, quæ prodierunt in gratiam Principis, & jurium ejus in Cænobia Wirtembergica. Unum: *An die Kayserl. Majestät allerunterthänigste Anzeige und Bitte, Anwalds des Herzogs zu Württemberg, auf ein von dem Inhaber der Klöster ausgewirktes Monitorium, A. 1641. in 4; alterum: Gründlicher Beweis, daß die Prälaten und Klöster des Herzogthums Württemberg von 90. bis 200. Jahren her landsässig gewesen, wider die neuerliche Immedietät aus Documentis, A. 1641. in 4. Utrumque Scriptum, quod Guilielm. Bidenbachium Autorem habet, quadriennio post A. 1645. in 4. curis secundis auctum est & editum; parum tamen est, quod alteri editioni accessit. Vid. Ill. Ludewig T. I. Reliqu. MSt. Praef. pag. 55.*

*Wolfgangi, Comitis DE BETHLEN, Historiarum Pannonico-Dacicarum Libri X. in fol.*

Libri hujus inter rarissimos facile principis Historiam & Fata enarrabimus verbis Cl. Jo. Dav. Köhleri ex *Historischer Münz-Belustigungen* Tomo IX. p. 116: " Der berühmte Rector und Professor in Breslau, *Gottlob Krantz*, hat von *Leopold Roth von Rothenfels*, des Königl. Berg-Gerichts Beysitzer und der freyen Königl. Berg-Städte Haupt-Stadt *Cremnitz* Notario und Fiscal, A. 1733. zugeschiedt bekommen zwey vollständige Exemplaria von *Wolfgang's Grafens von BETHLEN*, Siebenbürgischen Hof-Canzlers, *Libris X. Historiarum Pannonico-Dacicarum*, von der Schlacht bey Mohatz A. 1526. bis auf den Schluß gedachten Jahrhunderts; welcher es mit einem netten Style und starken Judicio geschrieben, viele Urkunden dabey angeführet, und mit Zeugnissen aus des *Joh. Mich. Bruti*



“ noch ungedruckter *Historia Rerum Ungaricarum* bestäti-  
“ get, mit dabey auf alle Blätter gesetzte Chronologis.  
“ Es hat derselbe solche auf seinem Schlosse Kreusch oder  
“ Körofs, in einer eigenen dazu angeschafften Buchdrucker-  
“ rey, mit grossen Unkosten, sauber drucken lassen, und  
“ sie belauft sich auf 9. Alphabet in fol. und 818. Seiten.  
“ Als sie völlig abgedruckt war, wurden, bey dem darauf  
“ gleich erfolgten Türkischen und Tartarischen Einfalle,  
“ alle Exemplarien in einen Keller eilends geworfen, und  
“ derselbe vermauert. Der Canzler, Graf von BETHLEN,  
“ gerieth, nach erobertem Schlosse Kreusch, in die Türki-  
“ sche Slaverey, in welcher er auch gestorben; das also  
“ lange Zeit niemand nichts gewusst hat, wo dieses Buch  
“ hingekommen. Nach Verlauf eines völligen Jahrhunderts,  
“ als man gedachtes zerstörtes Schloß wieder aufbauen wol-  
“ len; haben die Werkleute den vermauerten Keller von  
“ ohngefahr wieder eröffnet, und, an statt eines vermeynt-  
“ lichen grossen Schatzes von Gold und Silber, viel vermo-  
“ dertes gedrucktes Papier darinne angetroffen, welches die  
“ Exemplaria von der *Bethlenischen Ungarischen Historie*  
“ gewesen: davon aber eine verständige Hand nicht mehr,  
“ als zwey Exemplaria, hat ganz zusammen bringen kön-  
“ nen; das andere alles ist durch die Feuchtigkeit theils  
“ angegriffen, theils gar verfaulet gewesen. Dieselben hat  
“ der Herr *Roth von Rothenfels* dem Hrn. *Krantzen* über-  
“ sendet; welcher eines davon in die Schaffgothfische Bi-  
“ bliothek zu Hermsdorf, und das andere in die Elisabetha-  
“ nische Bibliothek zu Breslau, gesetzt. Ein solches Exem-  
“ plar, oder auch nur eine gute Abschrift davon, wäre mir  
“ lieber als 17. Ducaten, von allen Fürsten in Siebenbü-  
“ rgen, in richtiger Folge, wann ich dergleichen könnte  
“ habhaft werden. Denn da dieser Canzler ein so grosser  
“ Staats-Mann gewesen, und gnugsame Hülfsmittel gehabt,  
“ eine tüchtige Ungarische Historie zu schreiben, in gleichen  
“ auch eine geschickte Feder geführt; so kann man leicht  
“ ermessen, was dieses für ein vortreffliches und nützlich-  
“ es Werk seyn mag. Der Schimmer von 17. goldenen Sie-  
“ benbürgischen Fürsten ist zwar auch nicht geringe; jeden-  
“ noch, wann mir sollte die Wahl gelassen werden, so  
“ würde



“ würde ich lieber nach der *Bethlenischen Historie* greifen,  
 “ und dieses edle Papier allemal dem Golde vorziehen, des-  
 “ sen Glanz mich hierbey nicht blenden würde. „ Hæc  
 Cl. Köhlerus de Libro rarissimo, cujus duo saltem Exempla-  
 ria in toto Orbe supersunt. Qui Historiam & Fata istius  
 lingua latina legere mavult, evolvat Nic Hier. Gundlings  
*fortgesetzte Historie der Gelahrtheit* p. 287. sqq.

*Maximil. DE BETHVNE* Memoires des Sages  
 & Royales Oeconomies d'Etat de Henry le  
 Grand, II. Tomes. *Amstelod.* sine anno, in fol.

Etsi posterioribus hujus Libri editionibus accesserint qui-  
 dam Tomi; hæc tamen editio, quæ falso *Amstelodamum*,  
 & ficta nomina Librariorum, *Alethinographe de Clearetime-  
 lec, & Graphexechon de Pestariste*, præfert, ob varia in illis  
 omissa, rarissima habetur. Vid. Menckenius in *Catal. Biblioth.*  
 p. 493. Integer Libri titulus hic est: *Memoires des Sages  
 & Royales Oeconomies d'Etat, Domestiques, Politiques &  
 Militaires d'Henry le Grand, Exemplaire des Rois, le Prince  
 des Vertus, des Armes, & des Loix, & le Père en effet des  
 Peuples, & des Servitudes utiles, obeissances convenables,  
 & Administrations Royales de Maximilien de BETHVNE  
 de Sully l'un des plus confidens, familiares, & utiles Soldats  
 & Serviteurs du grand Mars François, II. Volumes. Am-  
 sterдам, chez Alethinographe &c.* Recusus est hic Liber, sed  
 non sine insigni, ut jam indicavimus, castratione, à Rouen  
 1649. in fol. à *Amsterdam* 1652. it. 1654. IV. Tomes, in  
 12. à *Paris* 1664. *ibid.* 1662. fol. iterumque à *Paris* 1663.  
 IIX. Tomes, in 12. Conf. Jaq. le Long *Bibliotheq. Histor.*  
*de France*, n. 13084. Quod autem ad Librum ipsum atti-  
 net, ita judicant Eruditi: Habet in hoc Libro quod legat  
 Miles, Oeconomus, Aulicus, Theologus, Vitæ ac Fortunæ  
 Magister.

*Hadriani BEVERLANDI* de Peccato originali,  
 κατ' ἐξοχήν sic nuncupato, Dissertatio. Psalmo-  
 graphus Ps. LIIIX. commate IV. Abalienati sunt  
 impii inde a vulva, erraverunt ab utero, loquen-  
 tes mendacia. *Ex Typograph.* 1679. in 8. pp. 157.



Liber rarus, spurcissimo stylo scriptus, satisque inter Eruditos notus, quocum comparari potest aliud ejusdem furfuris Scriptum, sub titulo: *Histoire de l'Etat de l'homme dans le Peché original*; de quo infra v. HISTOIRE. Prima editio sine Autoris nomine prodiit hac inscriptione: *Peccatum originale, κατ' ἔξοχην sic nuncupatum, Philologice προσβληματικῶς elucidratum a Themidis Alumno. Vera redit facies, dissimulata perit. Eleutheropoli, extra plateam obscuram, sine privilegio Autoris absque ubi & quando.* In fine hac leguntur: *In Horto Hesperidum, typis Adami Eva, terra filii, 1678. in 8. pp. 146.* Dedicavit Autor Libellum Bern. de Gomme, Equiti Torquato Castrorum Caroli II. Britan. Reg. Grummatteo supremo pariter, ac Militarium Machinarum Architecto Generalissimo. Dedicacionem sequitur Epistola ad Jac. de Goyer, quæ in utraque editione est eadem; in priori tamen deest Dedicatio. Tertiam editionem cum plurimis Additamentis Beverlandum adornasse sub titulo sequenti evulgandam: *Poma Amoris, per Hadrianum BEVERLANDUM, J. U. Lic. adornata. Editio tertia prioribus auctior & emendatior. Semper Augustus. Ex Autographo BEVERLANDI;* narrat V. Cl. Aug. Bayer in *Memor. Libror. rarior.* pag. 226. qui & aliorum a BEVERLANDO evulgatorum Scriptorum meminit, nos docens, illum Scriptum *de tribus Impostoribus* edidisse, in quo trium Angliæ Episcoporum, qui lascivix ipsius obicem ponere voluerunt, vitia follicite collegit; cujus aliorumque similis argumenti titulos subjungit: *A Discovery of the three Impostors, Turd-Sellers, Slanderers, and Piss-Sellers, by Seign. Perin del Vago, in 8. Periñ del Vago, Equitis de Maltha, Epistolum ad Batavum in Britannia hospitem, de tribus Impostoribus, Τυπογράφοις, Συκαφύραϊς, Φαγοφάνετροις, in 8. A Hue and Cry after the Bulls of Batban P. D. Vs. Epistola ad H. Beverland, in 8. Aliboug my innocency &c. Lond. 1709. in 8.* Nobis hæc plagulæ hactenus sunt invisæ. Habemus autem præ oculis alium simili styli spurcicia conscriptum Librum hoc rubro: *Hadriani BEVERLANDI, Justinianæ de stolatæ Virginitatis Jure Dissertatio academica. Nuda recede Venus: non est tuus iste Libellus; Tu mihi, tu Pallas Casariana veni. Lugd. in Batavis, typis Jo. Lindani, 1680. in 8. pp. 223.* Pali-



nodiam BEVERLANDI in dubium vocat Vir insigniter doctus  
 quem jam laudavimus Aug. Beyerus his verbis: " Bever-  
 landum Palinodiam cecinisse & in Patriam rediisse memo-  
 rat Celeberr. Historiogr. Tenzelius. Sed mentem suam  
 " mutavisse salacissimi ingenii Criticum, id fere dubito;  
 " siquidem in Opere de *Prostibulis Veterum* edendo postea  
 " totus fuit, & figuras lascivas, quæ ultra 6000. talerorum  
 " ipsi confiterint, collegisse creditur. Attamen Opus istud  
 " veterum impuritates detecturum in herba quasi suffocatum,  
 " & Beverlandi morte suppressum est. „ Hæc de retracta-  
 tionem Beverlandi laud. Beyerus. Est nobis ad manus: *Ha-*  
*driani BEVERLANDI de fornicatione cavenda Admonitio,*  
*sive Adhortatio ad Pudicitiam & Castitatem; cui accessit*  
*R. P. Jo. Brandii, Gratiani Torrifi, Soc. Jes. Detestatio*  
*nesandissimi sceleris Onanitici gravissima. Editio nova, &*  
*juxta Exemplar Londinense correctæ. A. 1698. in 8.* Hic  
 Libellus alicubi in Germania recusus, pagg. 68. constans,  
 scriptus est ab Autore, ut in fine legitur, *in arce Vindesoriensi,*  
 A. 1693. In illo, post Dedicationem ad Eduardum Bernar-  
 dum, hæc legitur BEVERLANDI Palinodia: " Inimicus  
 " Pacem! Cum Libellum meum de P. O. post XVI. annos  
 " forte mihi monstraret, ac prælegeret Germanus, vix expri-  
 " mere potui, qui fuerim consternatus, quod scripturiens  
 " talibus tempestatibus olim jactatus essem. Damno calorem  
 " improvidæ illius ætatis; detestor adulterinum stylum, &  
 " nequiorem sensum. Gratias Deo, quod tandem velamen,  
 " quo misere cæcutiebam, ab oculis meis amoverit, nec sive-  
 " rit me diutius huic pertinaciæ patrocinia querere absur-  
 " diora. Idem ille cordium scrutator Deus adeo mihi fuit  
 " propitius, eamque mihi mentem dedit, ut omnia, quæ  
 " de hoc argumento scripseram, combusserim, & Libros  
 " de *Prostibulis Veterum* ad Rectorem M. Academiae Lugduno-  
 " Batavæ transmiserim. Rogo omnes, qui clam vi, vel pre-  
 " cario, aliquid a me possident MS., ut istud mihi remittant,  
 " ut & ipse quoque tradam Vulcano. Quod si quis negligat,  
 " illi omnes imprecor calamitates, quæ maligno & perdito  
 " solent contingere. Hæc vestra intererat non ignorare. „  
 Superfunt etiam hodiernum in Bibliotheca publica Lugduno-  
 Batava Beverlandi de *Prostibulis Veterum* Scripta, quæ cum



alii ejusdem ineditis in *Catalogo* p. 333. nominantur: *Hadriani BEVERLANDI Epistola*, in 8. Ejusd. *Exhortatio ad Pudicitiam & Castitatem*, in 8. *Fasciculus*, continens ejus *Scripta de Prostibulis Veterum*. Alter *Fasciculus*, in quo *varii Argumenti Scripta* ejusdem. Fortassis igitur ad meliorem frugem regressus est homo alioquin pessimus: id quod conjectari quodammodo licet ex ejusdem *Otiis Oxoniensibus* adhuc *avendöröis*, quæ possidet S. Rev. Jo. Christoph. Wolfius, & ex quibus pereruditam Observationem ad 1. Cor. XI. 14. publicavit in *Curis Philolog. & Crit. in priores Pauli Epist.* p. 483. sqq. Utut negari non possit, hinc inde & in ipsis his *Otiis Oxoniensibus* obscenas impuritates reperiri; ita enim de illis judicat laud. Wolfius *l. c.* p. 486: "For-  
" tasse alibi *Otia illa Oxoniensia* in lucem proferam, bonæ  
" frugis præ reliquis ejus Scriptis plena, nisi quod ea ob-  
" sceni, quamvis eruditi, ingenii, sordibus hinc inde con-  
" spurcata apparent.

*Louis BEVRIER, Religieux Profesz des Celestins de Paris*, Sommaire des Vies des Fondateurs & Reformateurs des Ordres Religieux; avec leur Institution & Reformation. Enrichies de leurs Portraits en Taille douce. à Paris, chez la Vefue G. le Noir. 1638. avec Privilege du Roy, in 4.

Liber hic continens Icones 50. infrequentissimus est in Bibliothecis, & multo infrequentior altero ejusdem Autoris: *Histoire du Monastere des Celestins de Paris*, à Paris 1634. in 4to.

*Theodori BEZÆ Vezelii Poëmata Juvenilia*, in Sylvas, Elegias, & erotica Epigrammata distincta, jam denuo ex Sylvarum Libris auctius, correctiusque edita. A. C. 1600. in 12. 4½ pl.

Cave putes hæc Juvenilia Bezæ inter Poëmata ejus, junctim vice non una edita, extare. In Poëmatum Bezæ, quotquot videre contigit Collectionibus, vel omiffa prorsus sunt, vel mutilata, vel correctæ. Rarissimæ proinde sunt editiones *Juvenilium BEZÆ*, utut vice plus simpliciter excusæ.

Præ-



Præstantissima & rarissima omnium est *Parifensis*, 100. paginis constans, quæ prodiit *ex offic. Conradi Badii sub prelo Ascensiano e regione Gymnasii D. Barbara*, cum Privilegio Senatus ad triennium, in 8. Dedicata est Melch. Volnario ipsius Bezæ Epistola præmissa, addita etiam Bezæ lauream Coronam manibus tractantis Icone cum ætatis indicio An. 29. & hoc disticho :

*Vos Docti docta præcingite tempora lauro :  
Mi satis est illam vel tetigisse manu.*

Miror autem hanc probatam & publico Privilegio communitam fuisse editionem, in qua laudatur Doletus triennio ante publica sententia damnatus & combustus. In fine Libri hæc nota legitur : *Lutetia, Roberto Stephano, Reg. Typographo, & sibi Conradus Badius excudebat, Id. Jul. 1548.* Aequæ rara est *Lugdunensis* hoc rubro : *Pœmata Theodori BEZÆ Vezelii, quibus continentur Sylvæ, Elegiæ, Epitaphia, Icones, Epigrammata ; quæ Juvenis adhuc ingenii exercitandi gratia conscripsit, & divulgari passus est. Nunc denuo recusa. Lugdun. in 12. 5. pl. Diversa ab his & omnium prima esse videtur editio, quæ sine Typographi, aut anni aut loci indicio, in forma 16. prodiit, quaque se usum affirmat Bælius. Est mihi ad manus, & sine dubio eadem, quam recenset Cl. Aug. Bayerus in *Memor. Historico-Crit. Libror. rarior.* p. 20. sq. En titulum : *Theod. BEZÆ Vezelii Pœmata Juvenilia*, in 16. pagg. 126. Tempus editionis hujus in 16. conjecturis indagare aggressus est Mich. Maittaire Tom. III. *Annal. Typogr.* p. 113. “ Non potuit, inquit, præcedere “ annum 1545. quo Doletus, cujus Epitaphium hic legitur, “ crematus est. Eam oportet prævisse alteri editioni in 8. “ *Parif. Idibus Jul. 1548.* vulgatæ. Nam Beza Lutetia abiens Genevam concessit nono Kal. Nov. 1548. ubi Reformatorum partes secutus, Romanam fidem palam ejuravit, & deinceps ex suis Operibus non tantum illa, quæ nunquam edita esse præstabat, probus abolevit ; sed Doleti etiam Epitaphium illud panegyricum expunxit, ne Prostantibus displiceret. Probabile est ergo editionem illam “ in 16. inter annos 1545. & 1548. lucem aspexisse. ” De horum Pœmatum autem editione, quam Verderius in *Bibliothec.* p. 1174. *Parif. in 8. ap. Rob. Stephanum & Conradum**



*Badium* 1545. commemorat, Cl. Maittaire *l. c.* p. 137. non tantum dubitat, sed & ejus errorem arguit ex Francisci Regis non ante annum 1547. mortui Epitaphio, quod istis Poëmatibus inferitur. Polyc. Lyseri relatio de Th. Bezae Juvenili-Poëmatibus lascivis legitur in *Apparatu Litterar. Collect. I. Specim. V.* cui Carmina quaedam lasciva & minus casta inferuit. Conf. Bælius in *Diction. Historico.* Bezae quidem magno conatu excusare contra Maimburgium studet Petrus Jurieu *Histoire du Calvinisme & celle du Papisme mise en parallele* P. I. cap. IIX. p. 283. sqq. Idem præstitit Jo. Graverollius in *Epistola de Juvenilibus Theod. BEZÆ Poëmatibus adversus Maimburgium & alios.* Anstel. 1683. in 12. Petro Bælio in *Epistolis* p. 200. valde laudata, mihi nondum visa. Quam difficulter autem Theod. Beza defendi possit, quippe qui in his Carminibus semetipsum obscenæ libidinis suspectum reddidit, docet Thomas Ittigius in *Historia Synodorum Nationalium a Reformatis in Gallia habitaram* p. 118. sqq.

#### BIBLIA HEBRAICA.

**BIBLIA** Hebraica. *Brixia*, per *Gersonem ben Mose Soncinatem*, 1494. in 8. minor.

Editio hæc inter rariores est rarissima, qua usus olim est B. Lutherus noster in adornanda Versione Germanica, quod ipsum Exemplar in Bibliotheca Berolinensi Capsulæ inclusum asservatur, teste Henr. Opitio in *Prefat. ad Bibl. Hebr.* p. 2. Aliud hujus editionis Exemplar fuit Hamburgi in Bibliotheca Georg. Elicf. Edzardi. Vid. Jo. Christ. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 368. Id memoratu in hac editione dignum est, quod, quoties in Textu Dei nomen occurrit, lit. Daleth pro He substituatur: v. e. ידד pro יהוה, אלהים pro אלהים. Conf. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* T. I. p. 152.

**BIBLIA** Hebraica. *Parisis*, ex offic. *Roberti Stephani, Typographi Regii*, in 4. maj.

Editio hæc magnifica est, impressa charta fortiori, characterè majore ac satis venusto, typisque plane illustribus: quæ omnia efficiunt, ut interdum magno satis pretio vendi soleat; cum tamen cæteroquin nihil peculiare habeat. Vid. Jo. Chr. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 370. & T. IV. p. 111. sq.



Servo inter reculas meas hanc editionem sequenti ordine specialibus titulis in lucem editam: *Quinque Libri Legis. Paris. 1544. Prophetæ priores, Josue, Judicum Liber, Samuel, Regum II. ibid. 1544. Liber Paralipomenon. ib. 1543. Esdras & Nehemias. ibid. 1541. Job. ibid. 1541. Psalterium. 1540. Proverbia Salomonis. 1540. Canticum Canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremie, Ecclesiastes, & Esther. Paris. 1540. Prophetiæ Jesaie. 1539. Prophetia Jeremie. 1540. Ezechiel. 1542. Daniel. 1540. Prophetæ posteriores* caractere impolito, ac plane diverso, editi sunt; quibus accesserunt Commentarii Rabbinici a Fr. Vatablo emendati.

**BIBLIA** Hebraica & Græca Vet. & Novi Testamenti, cum Interpretatione interlineari Latina Xantis Pagnini, & collatione Ariæ Montani ac aliorum. Ex edit. *Christoph. Plantini*, 1572. in fol.

Editio nitidissima & longe rarissima, in qua Gen. III. 15. mala fide loco *הוּא* ipse excusum est *הוּת* ipsa, quasi Moses ita scripsisset; quod est in editione vulgata, *ipsam* scil. Mariam caput serpentis contrituram. Vid. Jac. Frid. Reimanni *Catalog. Biblioth. Theolog.* p. 193. & Autores ibidem citatos.

**BIBLIA** Hebraica & Græca Vet. & Novi Testamenti, cum Interpretatione interlineari Latina Xantis Pagnini, & collatione Ariæ Montani ac aliorum. Accesserunt & huic editioni Libri græce scripti, quos Ecclesia orthodoxa Hebræorum Canonem secuta, inter Apocryphos recenset *Antwerp. ex offic. Christoph. Plantini*, 1584. in fol.

Exemplar valde rarum. Nam observante Thoma Crenio in *Animadv. Philol. & Histor.* P. XI. p. 95. sqq. non in omnibus editionis hujus Exemplaribus reperiuntur hæc verba in principio & fine exstantia: *Accesserunt & huic editioni Libri græce scripti, quos Ecclesia orthodoxa Hebræorum Canonem secuta*



*secuta inter Apocryphos recenset, cum interlineari Interpretatione latina, ex Bibliis Complutensibus petita.* Nimirum aliquot isto sub titulo jam impressis Exemplaribus Jesuitæ rei certiores facti intercedebant, ne & reliqua sic exirent; quare in plurimis desiderantur ista verba, quæ in admodum paucis inveniuntur. Hinc Jacobus le Long cum simile Exemplar Sorbonnicum reperiret, ausus est in *Bibliotheca Sacra* edit. Paris 1723. fol. 66. hanc formulam Pontificiis præjudicantem his verbis excusare: “ Hæc verba tanquam a Typographo Catholico dicta in bonam partem, non vero juxta mentem Protestantium accipienda sunt. „ Vid. Jo. Lud. Bunemann in *Catal. Librorum rariss.* p. 62. fqq.

BIBLIA Hebræo-Latina Ariæ Montani, IIX. Voll. in 8. *Leide*, ex offic. *Plantiniana*.

Ita excusa, ut A. 1608. lucem viderent *Proverbia, Job, Canticum, Ruth, Threni, Ecclesiastes & Esber*; A. 1609. *Deuteronomium*; A. 1610. *Prophetæ posteriores*; A. 1611. *Prophetæ priores, & Paralipomena, Daniel*; item *Esra ac Nehemias*; A. 1612. *Apocrypha*; A. 1613. *Nov. Testam. Græc.* A. 1615. *Psalterium.* Editionem hanc rarissimam esse docet S. R. Carpzovius in *Critica S. Vet. Test.* p. 416. 617.

#### BIBLIA POLYGLOTTA.

BIBLIA Sacra, V. T. multiplici lingua nunc primo impressum. IV. Voll. Tom. V. continet N. T. T. VI. Vocabularium Hebr. & Chaldaic. cum Grammatica Hebr. & Dictionario Græco. in fol.

Totum Opus prodit *Compluti* ab A. 1514. ad 1517. Legantur de Polyglottis Complutensibus Jac. le Long in *Biblioth. Sacr.* T. I. p. 13. fqq. & Jo. Chr. Wolfius in *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 338. fqq.

BIBLIA Polyglotta Antwerpiensia, typ. *Plantiniana*, A. 1569. fqq. IIX. Voll. charta augusta, in fol.

Rarissime extant, cum mare iratum experta fuerint. Vid. Schelhorn. T. II. *Amœnitat.* p. 398. Wendlers *Diss. de Libris rarior.*



rarior. §. I. Integer titulus ita habet: *BIBLIA Sacra, Hebraice, Chaldaice, Græce & Latine; Philippi II. Regis Pietate ac studio ad sacro-sanctum Ecclesiæ usum. Antwerp. excudebat Christoph. Plantinus, 1569-1572.* Recensionem hujus Operis immensi ac vere Regii habes in Jo. Chr. Wolfii *Bibliotheca Hebr.* T. II. p. 341. sqq. & Jo. Gottlob Carpzovii *Critica Sacra* p. 391.

### BIBLIA Polyglotta Eliæ Hutteri.

Hac inscriptione: *BIBLIA, Hebraice, Chaldaice, Græce, Latine, & Slavonice, studio Eliæ Hutteri. Norimb. 1599.* fol. Disponuntur diversi illi Textus per sex columnas, ita ut, quod editor in præfatione monet, loco Slavonici modo Gallicum, modo Saxonicum, modo Italicum, aliarumque gentium idiomata substitui possent. Hinc & factum est, ut quadruplex ejusdem editionis facies in titulo diversorum Exemplarium compareat, ubi scilicet ultima columna Slavonicam, vel Gallicam, vel Italicam, vel Saxoniceam Versionem exhibet. Interim rarius hoc Opus, & admodum difficulter, inquit Jo. H. Hottingerus in *Bibliothecario* p. 142. in Bibliothecis reperitur, quod nec Eruditorum satis aptum esset studiis, nec plebejorum vel sumtibus, vel usibus. Vid. W. E. Tenzelius in *Dist. de Bibliis Polyglottis* §. XV. & doctiss. Jo. Christ. Wolfius in *Bibliotheca Hebr.* T. II. p. 345. sqq. itemque S. Rev. Carpzovius in *Critica S. Vet. Test.* p. 406. sqq. Illa tamen Exemplaria, quæ Slavonicum exhibent Textum, præ cæteris rarissima esse in his oris, docet V. Cl. Petr. Kohlius in *Introduct. in Histor. Litterar. Slavorum* p. 163.

### BIBLIA ANGLICANA.

*BIBLIA* Anglica, quæ vocari solent *Episcopalia*, omnino exolevisse, adeo ut rarissime & fere non nisi in instructiore aliqua Bibliotheca conspiciantur, refert Jac. le Long in *Bibliorb. Sacr.* p. 432. Causa hujus infrequentiæ sine dubio est, sanctio Jacobi I. ut posthabitis omnibus illis Bibliorum Translationibus, quæ tunc in Anglia circumferebantur, nova cuderetur.

*BIBLIA* Anglica, ex offic. *R. Josephi Athias Typograph. Amstelod.* edita.



De quibus hæc habet S. Rev. Jo. Christoph. Wolfius in *Biblioth. Hebr.* T. I. p. 553: " Athias Anglica quoque Biblia typis exscribi curasse fertur, ita quidem, ut omnes formas post descriptam plagulam suis singulis locumentis restitueret, sed integras, & conjunctas, prout singula phylæ requirebant, servaret, ut pro lubitu plura Exemplaria excudi possent. Narrat rem V. Cl. Jac. le Long in *Biblioth. Sacr.* P. II. p. 336. ex Cl. Ottii fide, qui idem a Typographo quodam Tigurino, tanquam oculato teste, acceperat. Ipse quoque ex Amici litteris intellexi, ipsummet Athiam de horum Bibliorum Exemplaribus 10000. & amplius a se divenditis gloriatum esse, quod certe fidem omnem superare videtur. Ego saltem frustra huc dum quæsi aliquem, cui exemplum illius editionis oculis usurpatum fuerit. „

### BIBLIA Cambro-Britannica, sive Wallica.

De his Rich. Simon in *Disquisitione Crit. de variis Biblior. Editionibus* p. 205. scribit: " Fertur etiam Biblia Londini fuisse edita sermone Walliensium, seu antiquorum Britonum, & Guil. Bedellum Vetus Testamentum, Usterium vero Armachanum Novum in sermonem Hybernicum transtulisse; sed hanc Hybernicam Sacri Codicis interpretationem igne absumentam periisse. „ In Guil. Crowei *Elencho Scriptorum in S. Scripturam* pag. 23. memorantur *Biblia Cambro-Britannica s. Wallica, Lond. 1588. & 1620.* in fol. Editionis autem *Londinensis 1654.* in 8. mentio fit in *Catal. Librorum, quos Bibl. Publ. Upsal. dedit* Jo. Gabr. Sparfvenfeldius p. 66. Plures editiones habet Jac. le Long in *Biblioth. Sacr.* p. 366. ed. Bæerner.

### BIBLIA ARABICA.

BIBLIA Sacra Arabica, Sacræ Congregationis de propaganda fide jussu edita, ad usum Ecclesiarum Orientalium; additis e regione Bibliis Latinis vulgatis, cum Præfatione latina. *Romæ, typis S. Congregationis de propaganda fide, 1671. III. Voll. in fol.*



Natales æque ac rationem & modum hujus Operis Bibli-  
 rarissimi exponit tum Præfatio, tum longe copiosius Abbas  
 Nazarius in *Diario erudito Italico Romæ edito* 29. Jan. 1672.  
 unde succinctam ejus Historiam texuit le Long in *Biblioth. S.*  
 p. 243. sqq. Bayle in *Diction. Histor. Crit. art. Guadagnolo*,  
 & Jo. Gottl. Carpzovius in *Opere limatissimo & elegantissimo*  
*Critica Sacræ Vet. Testam.* p. 644. sqq.

### BIBLIA ARMENICA.

BIBLIA Armenica, jussu Reverend. Domini  
 Jacobi, *Armenorum Proto-Patriarchæ*, adornata,  
 & A. 1666. *Amstelodami* in 4. maj. cum pluri-  
 mis figg. æneis edita.

Rarissima esse hæc Biblia Armenica exinde patet, quod  
 Exemplaria universa & singula in Armeniam fuerint abducta.  
 Satis copiose de hac editione disserit Andr. Acoluthus in  
*Præf. ad Obadium Armenum.* Conf. Jac. le Long *Biblioth. S.*  
 p. 281. edit. Bœrner.

BIBLIA Armenica, A. 1705. in 4.

Elegantissimis typis & charta nitidissima impressa. Vid.  
 Schelhorn. in *Amenitat.* T. III. p. 24.

### BIBLIA BELGICA.

BIBLIA Belgica. *Delphis* 1477. in fol.

In fine Operis hæc leguntur: *Desse tegenwoerdige mit  
 boren boken, ende elc boek mit alle sine capitelen, hy enen  
 notabeln mester wel overgeset uit den Latine in Duytsche,  
 ende wel naerstelic gecorrigeert, ende wel gespelt; was ge-  
 maect te Delf in Holland metter hulpen Gods, ende by uns  
 Jacob Jacobs Soen, ende Mauricius Vemands Soen van Mid-  
 delborgh ter Eeren Gods, ende tot stichticheit ende leeringhe  
 der kersten gbelovigen menschen; ende wort voleynt in't jaer  
 der Incarnacien ons Heren duysent vierhondert zeven ende  
 t'zeventich, den tienden dach det maent januario.* Prima  
 hæc est & antiquissima Bibliorum Belgicorum editio, de qua  
 vid. Adriani *Pars Index Batavicus* pag. 231. Bibliothecas  
 rarissimum hunc Codicem adservantes enumerat Mich. Mait-  
 taine *Annal. Typogr.* T. I. p. 371. edit. recentissima.

BIBLIA



BIBLIA Belgica hac inscriptione extantia: Den Bybel, inhoudende dat Oude en N. Testamente. Gedruckt by *Leenard der Kinderen, Scheep, op de Noordsee*, 1563. in 4. & 8.

Rarissima sunt hæc Biblia, & sane mirabile auditu Typographum Leenardum artem suam in navi inter ipsos maris fluctus exercuisse. Vid. Adr. Pars l. c.

BIBLIA Belgica, troulyck verduytscht uyt de Overfetting van Lùtherus. *Gent* 1571. in 4.

Liber rarus impressus sub jugo Hispanico, teste Gerharδο von Maastricht in *Catal. Bibliotheca sua* p. 43.

BIBLIA Belgia, quæ Deux aas Bibel vocantur.

Rarissima sunt, & magno fatis pretio vendi solent. Appellationem hanc *Deux aas* sortita sunt ista Biblia ob glossam marginalem Lutheri ad Nehem. III. 5. *De Armen moeten bet Kruice dragen, De Rycke en geven niet, Deux aas en beeft niet, Six cinque en geevd niet, Quater drie die helpen vry.* Editiones Belgicæ, in quibus hæc glossa reperitur, sunt: *Emden*, 1565. in fol. *ibid.* 1571. in 4. *Leyden*, by *Jan Paats*, 1589. in 8. Vid. Adr. Pars l. c. p. 232. In *Catalogo Biblioth. Uffenbach.* T. I. p. 17. editio etiam *Delfensis A.* 1581. extat. Tractavi editionem *Delfensem* 1596. in 4.

BIBLIA Belgica, met Handnoten, it. Landcharten, en Figuren. *Uyt de Druckerey van Schotland*, 1598. in fol.

Editio hæc rarissimis Libris adnumeratur in Gerh. von Maastricht *Catal. Biblioth.* p. 2.

### BIBLIA GERMANICA.

De rarioribus *Germanicorum Bibliorum* editionibus agentes, illas, ut ordine procedamus, dispescere lubet in eas, quæ ante, & quæ post Lutheri tempora excusæ sunt: hæque posteriores rursus dividantur in editiones vel ex Versione Lutheri expressas, vel ex Versione aliorum, vel in dialecto Saxoniz inferioris. Sint itaque nobis quatuor *Bibliorum Germanicorum Classes.*

#### I. BIBLIA



I. BIBLIA GERMANICA  
ANTE LVTHERI TEMPORA EXCVSA.

De Bibliis Germanicis ante Lutheri Versionem excusis generaliter notandum, quæ diximus in Criteriis de raritate Librorum: *Libri ab artis typographica primordiis ad annum usque 1500. typis exscripti vel ipsis MStis sunt rariores.* Hinc rarissima sunt:

**BIBLIORVM Germanicorum editio Moguntina**, quam, ut sub calcem Voluminis notatur, *Johann Fust*, Moguntinus Civis, A. 1462. effecit.

Est hæc editio omnium germanice impressorum Bibliorum citra controversiam prima & antiquissima, tantæque raritatis, ut nullum sciam, qui hujus editionis meminerit, præter unicum doctiss. Jo. Alb. Bengelium, qui in *Apparatu Critico ad Novum Testam. Græcum* pag. 758. scribit, illam extare in Bibliotheca Illustris Consistorii Wirtembergici; & p. 641. notat, habere hanc editionem ad Acta Apost. Cap. ult. v. ult. hoc additamentum: *Wann dier ist Jhesus Cristus der Sun Gotz, durch den alle die Welt anfecht zu werden geurteylt;* quod tamen additamentum in aliis etiam antiquissimis editionibus reperitur.

**BIBLIORVM Germanicorum editio Argentoratensis**, A. 1466.

Idem Cl. Bengelius p. 758. etiam hujus meminit editionis; non tamen indicat, an illam unquam viderit, & ubinam hodie extet. Hæc dum scribo Lipsia affertur *nützliche und auserlesene Arbeit der Gelehrten im Reiche*, P. VI. in qua sequentia, quæ huc referenda sunt, leguntur, pag. 494: "Joh. Mentelius præter ingentia illa Vincentii Specula, "A. 1473. excusa, potissimum *Biblia Germanica* A. 1466. "impressit, quæ nec ipse quidem Jac. Mentelius, *de vera* " *Typograph. origine*, viderat, nec alii facile annotarunt; "quorum tamen Exemplar Stutgardia asservatur, cujus calci "hæc verba typis miniatis sunt adjecta: *Explicit liber iste* " *A. D. 1466. formatus arte impressoria per venerabilem* " *virum Johannem Mentell in Argentina.* Utrum hic Liber "typis ligneis, an fuisit impressus, dicere non possum.



BIBLIORVM Germanicorum editio vetustissima, sine loci ac temporis mentione typis exscripta.

Codex hic est *ἀνετίτυπος*, s. titulo carens, & sine dubio ex antiquissimis Bibliorum germanice impressorum. Inscriptiones librorum, eorumque clausulæ, ut & capita, illorumque numerus, quemadmodum initio Typographiæ fieri solebat, calamo adscripta sunt; litteræ etiam majores initiales cujusque capituli alternis vicibus rubro, & cyaneo colore eleganter adjectæ. In fine Voluminis addita sunt argumenta Psalmorum: *Hie hebent an die Tytellus uber einen jeglichen Psalmen, &c.* Extant hujus editionis bina exempla Lipsiæ in Bibliotheca Senatoria. Reperitur etiam in Bibliotheca Gothana, vid. Tenzelius in *Dialog. Menstr.* 1692. pag. 694. itemque in Bibliotheca publica Hailsbronnenfi, v. Jo. Lud. Hoekeri *Catal. Bibliothecæ publ. Hailsbronn.* p. 130. nec non in Bibliotheca doctissimi Jo. Friderici von Staden, Pastoris Ecclesiæ Cathedralis meritissimi, quondam Collegæ nostri desideratissimi, ut & Cellis in Bibliotheca Bokelmanniana. Wilh. Ern. Tenzelius, Vir harum rerum, siquis alius, peritissimus, editionem hanc primam Bibliorum Germanicorum esse censet: & quamvis annus editionis & Typographi nomen additum non sit; tamen, cum aliud Exemplar Lipsiæ inveniatur, cui eadem manus, quæ litteras majores initiales addidit, in fine annum 1467. adscripsit, illam *Augustæ Vind.* A. 1467. in Typographia *Jo. Beumleri* excusam fuisse suspicatur. De ipsâ Translatione ita judicat B. Diedericus von Staden in *Specimine Lctionum antiquar. Francicar.* p. 22: “ Quod ad stylum horum Bibliorum attinet, ego quidem  
“ cum longe majorem ætatem præ se ferre, & Biblia ista  
“ diu, antequam impressa, e vulgata latina reddita germanice, statuo: sed latuisse in Claustris Monachorum, aut  
“ Collegiis & Ecclesiis majoribus Canonicorum; cum Laici  
“ tantas impensas in ea calamo exaranda non facile ferrent,  
“ aut ipsis eorum Copia describendorum fieret. „ His adde sequentia laudati Stadenii ex Jo. Henr. a Seelén *Memoria Stadeniana* p. 358: “ Dialectus ejus interpretis est Alemannica, quæ a Dialecto Saxonix inferioris multis parangis distat, in aliquibus tamen ei convenit magis, quam  
“ Dia-

“ Dialecto Saxoniz superioris aut Misnia. In plerisque  
“ tamen magis cum his posterioribus concordat; etsi non  
“ negandum, aliquam esse inter has Dialectos differentiam.  
“ Antiquam vero omnino eam Versionem, in veteri Fran-  
“ cica, vel Theotisca lingua aliquatenus versato, satis ex  
“ lectione patet. Occurrunt enim in illa voces, phrascs,  
“ particule & formulæ, quæ sapiunt ætatem Tatiani, Ot-  
“ fridi, Willeramii, & aliorum antiquissimorum Scriptorum  
“ Francicorum aut Theotiscorum, quarum interpretationes  
“ ex modo dictis Scriptoribus sunt petendæ, cum aliunde  
“ non innotescant; ut credere fas sit, illam jam dudum  
“ ante inventam artem typographicam esse confectam &c. ”  
Habui ego in manibus Exemplar Stadenianum. Verba Gen.  
I. 1. 2. ita sonant: *An dem anegang geschieff Got den himel  
und die erde. Wann die erde was eytel und lere; und vin-  
ster waren auf dem antlitze des abgrundes. und der Geist  
Götz ward getragen auf die wasser.* Locus 1. Jo. V. 6. 7. 8.  
ita legitur: *Dies ist Ihesus Cristus der do kam durch das  
wasser und durch das blute: Nit allein in wasser; wan in  
wasser und in blut. Und der Geist ist der do bezeugt, das  
Cristus ist die warheit. Wan drey send die gebent gezeug  
auf der erde: der geist, wasser, und blut; und dise drey  
seind ein. Un drey seind die gebent gezeug im himel: der  
Vater, das Wort, und der heilig Geist; un dise drey  
seind ein.*

**BIBLIORVM** Germanicorum editio alia ve-  
tustissima, sine loci, temporis ac Typographi  
mentionem typis exscripta, in fol. maj.

Etiam nullus hic adest titulus singularis, ex more antiquis-  
simorum Librorum; differt tamen hæc editio, quam descri-  
bit Theoph. Sincerus *in der neuen Sammlung von alten und  
raren Büchern* p. 14. sqq. a superiori, quam recensuimus.  
Adfunt hic figuræ ligno incisæ. Adest in limine Codicis  
Index Librorum Biblicorum Veteris & Novi Testamenti.  
Locus Gen. I. 1. 2. ita sonat: *In dem anfang beschuf Got  
himel und erd. aber die erd was lere und unnütz. un d' Geyst  
Gotes warde getragen uf die wasser.* Alterque locus 1. Joh.  
V. 6. 7. 8. *Der ist Ihesus Cristus der da kam durch das  
wasser.*

wasser. und durch das plut. nit allein in dem wasser. ab  
 in den wasser. und in dem plut. und der Geyst ist der da  
 bezuget das Cristus ist die warbeit. wan dry sind die da  
 gebent gezeugknuss uff d' erde. der geyst. das wasser. und  
 das plut. und diese dry sind eins. un dry sind die da ge-  
 bent gezeugknuss im himel. der Vater. das Wort. un der  
 heylig Geyst. un diese dry sind eins. Conf. Theoph. Sinceri  
 Bibliotheca Historico-Critica Librorum rariorum p. 18. sqq.

BIBLIA Germanica. *Augustæ Vindel.* per  
 Anton. Sorgium, 1477. fol.

Ad calcem leguntur hæc verba: *Dys Durchleuchtigost  
 werk der gantzen heyligen Geschrifft, genant die Bybel, hat  
 bye ein ende in der Hochwirdigen Keyserl. Stadt Augsburg,  
 der edlen teutschben Nation nit di mynst, sunder mit den  
 meysten eben gleych genennet zu gantzem ende. Die hat  
 gedrucket und volbracht Anthony Sorg, am Freytag vor  
 Sant Johansen tag des Teuffers, als man zalt nach Christi  
 unsers Herrn gepurt Tausend vierhundert und in dem syben  
 und sybentzigsten Jare. Vmb wölich volbringung seye lob,  
 glori, und ere in der hohen Heyligen Drivältigkeit und ey-  
 nigen Wesen, dem Vater, und dem Sun, und dem Heyligen  
 Geist, der do lebet und regieret Got ewiglichen. Amen.*  
 Vid. Val. Ferd. de Gudenus recensus Codicum antiquorum  
 Moguntia in Capitulo Metropolitanæ Bibliothecæ latitantium,  
 insertus Sylog. I. variorum Diplomatariorum, Monumento-  
 rumque veterum, p. 421. 422. Extat hæc editio in Biblio-  
 theca Augusta, quæ Wolfenbutteli est, vid. V. Cl. Jacobi  
 Burckhardi *Historia ipsius Bibliothecæ* A. 1744. in 4. edita,  
 p. 133. extat etiam in Bibliotheca Uffenbachiana T. I. p. 2.  
 addito pretio LX. talerorum.

BIBLIA Germanica. *Augustæ Vind.* 1477.

Editio hæc a priori diversa est, quam recenset M. G. Frid.  
 Magnus in *Disquisitione de antiquis S. Scripturæ Versionibus  
 Germanicis Augustæ Vindel. excusis*, quæ jam mihi non est  
 ad manus. Conf. Tenzelii *Dialog. Menstr.* 1692. p. 677. sqq.  
 & doctiss. Jo. Jac. Bruckeri *Abhandlung von einigen alten  
 Beyträgen zur Crit. Historie der teutschben Sprache* P. XVII.  
 qui eandem, ni fallor, editionem copiose recenset p. 13. sqq.

BIBLIA



**BIBLIA Germanica. Augustæ Vindel. per Anton. Sorgium, 1480. in fol.**

Editionem hanc Augustæ Vindel. in Bibliotheca quadam privata extare, testatur laudatus Bruckerus *l. c.* p. 21.

**BIBLIA Germanica. Norimbergæ, per Antonium Koburger, 1483. fol. maj.**

Satis copiosam hujus Codicis notitiam suppeditant Christ. Junckerus *de Biblioth. Isenac.* p. 53. sqq. Serpilius *de Libris rarior.* pag. 131. sqq. Theoph. Sincerus *de Libris rarior.* T. II. p. 19. sqq. Aug. Bayerus in *Arcanis sacris Bibliothecarum Dresdens.* Contin. I. p. 70. Reperitur hæc editio in *Catal. Biblioth. Uffenbach.* T. I. p. 2. cum pretio L. taleror.

**BIBLIA Germanica. Lubecæ, per Stephan. Arndes, 1484.**

Extare hanc editionem fidenter asserit Cl. Frid. Christ. Leslerus in *Histor. Typographiæ* p. 57. scribens: "Stephan Arndes hat A. 1484. in Lübeck eine deutsche Bibel in die platdeutsche Sprache übersetzt, durch den Druck gemein gemacht, welche mit gutem Fug unter die raren Bücher zu rechnen." Sine ulla affirmatione dubitanter de hac editione loquitur Cl. Jo. Henr. von Seelen in *Histor. Typograph. Lubecensis* pag. 11. At vero fictam esse hanc editionem, eundemque errorem errasse & Malincrotium & Mich. Maittaire, ostendit doctiss. Jo. Ludolphus Bünemannus in *Notitia Scriptorum artem typograph. illustrantium* p. 35.

**BIBLIA Germanica. Argentorati 1485. Tomi II. fol. min.**

Editio hæc fere incognita est Eruditis. In calce Codicis leguntur: *Diff durchblauchtigest werk der gantzen heiligen Geschrift, genant die Bibel zu teutsch, getruckt lauter klar, und wahr, nach rechten gemeinen teutschen, mit hoben und grossen fleiss nach den Lateinischen Text gerechtfertiget: unterschiedlichen punctiret mit überschrift der capittel und psalmen iren Inbalt und ursäch anzeigende; und mit schönen figuren die Historien bedeutende des neuen Gesetzes, hat hie ein Ende. Gedruckt in der löblichen Keyserlich. Fraystadt Strasburg nach der Geburth Christi des Gesetzes der Gnaden vierzeben hundert und in den funf und achtzigsten Jahre*



af montag der zweyte des mondes May. Umb wellich vol-  
bringung sey Lob, Glorie und Ere der hohen heyligen Dry-  
woltigkeit, und eynigen Wesen, dem Vatter und dem Sun,  
und dem heyligen Geyst, der da lebet und regieret Gott ewig-  
lich. Amen.

BIBLIA Germanica. *Augustæ Vind.* A. 1487.  
Gedruckt durch Hansen Schönsperger, in fol.

Enarratione hujus editionis defungitur Cl. Aug. Bayerus  
in *Arcanis sacris Bibliothecarum Dresdens.* p. 92. sqq.

BIBLIA Germanica. *Norimbergæ*, per Ant.  
Koburger, 1488. fol.

Est repetitio editionis 1483. Vid. Jo. Casp. Wentzels  
*Lieder-Historie*, P. IV. p. 55.

BIBLIA Germanica. *Augustæ Vind.* per Jo.  
Schönsperger, A. 1490.

Conf. G. Fr. Magnus Dissertat. de Bibliis germanice Au-  
gustæ Vind. excusis.

BIBLIA Germanica. *Augspurg*, bey Johann  
Ottmar, in *Verlegung Joh. Rynmans*, 1507.  
d. 12. Febr. II. Tomi, in fol.

Editio hæc ignota fuit laudato Georg. Fr. Magno; recen-  
setur a Gerh. a Mastricht in *Catalogo Biblioth.* p. 3. neque  
minus a Theoph. Sincero in *Bibliotheca Historico-Crit. Li-  
brorum rarior.* pag. 62. sqq. & a laudato Bayero in *Arcanis  
Biblioth. Dresd.* p. 15. sqq.

## II. BIBLIA GERMANICA EX VERSIONE LUTHERI.

Generaliter hic notes velim, omnes editiones Bibliorum  
Lutheri ante annum 1545. excusas esse rarissimas, & in Bi-  
bliothecis publicis vix comparere, nedum in privatis Libro-  
rum Collectionibus. Hominum negligentia primas has Ver-  
sionis Biblicæ a B. Luthero procuratas editiones rarissimas  
fecit. Notitia harum editionum haurienda ex Gust. Georg.  
Zeltner's *Historie der gedruckten Bibel-Version und anderer  
Schriftin D. M. Lutheri, in der Lebens-Beschreibung Hans  
Luffs, Nürnberg. 1727.* in 4. Jo. Melch. Krafts *Historischer  
Nach-*



*Nachricht von der 1534. zum allerersten in Wittenberg zusammen gedruckten verdeutschten Bibel Lutheri, nebst summarischem Auszuge aller bis auf Lutheri Tod 1646. gefolgten Wittenbergischen Bibeln, Alton. 1734. in 4. Nostrum non est has editiones recensere; paucissima saltem annotabimus.*

Das ALTE TESTAMENT deutsch, durch Luther. *Basel, bey Adam Petri, 1523. in fol.*

Das NEUE TESTAMENT. *ibid. 1523. in fol.*

Editio ex omnium rarissimis, paucissimis visa & memorata. Vid. Sam. Engel *Catalogus Librorum rariss.* P. II. p. 4.

Das Alte Testament deutsch, M. Luther. *Wittenberg, 1526. In fine legitur: Gedruckt zu Wittenberg Michael Lotther. in fol. Das Newe Testament deutsch. In fine: Gedruckt zu Wittenberg Michel Lotther, 1526. fol.*

Sine dubio hæc omnium prima & rarissima est editio, quæ extat in Bibliotheca Frid. Christ. Lesseri, Pastoris Nordhusani. Legatur ejusdem Viri doctiss. *Nachricht von einer sehr raren Bibel, welche er selbst besitzt, inserta Tom. III. der Hamburg. vermischten Biblioth. p. 370. sqq.*

BIBLIA, das ist, die gantze heilige Schrift, deutsch, Martin Luther. *Wittenberg. Begnadet mit Kurfürst. zu Sachsen Freyheit. Gedruckt durch Hans Luff, 1534. fol.*

Etiã hæc editio Bibliorum Germanicorum ex Versione Lutheri adeo est infrequens, ut primum locum rarissimorum inter raros Librorum merito occupet. Vid. Zeltneri *Nachricht vom Leben Hans Lusten, p. 47. 48.*

BIBLIA Germanica, ex Versione Lutheri. *Lipsiæ, in offic. Wolrabiana, 1541. fol.*

Editio perrara, ipso Luthero ita volente & flagitante suppressa. Vid. Seckendorffii *Historia Lutheranismi pag. 272. ed. Frickian.* Causa suppressionis procul dubio hæc fuit, quod infcio Luthero, qui emendatiora jam ediderat Biblia, fuerit excusa. Conf. Zeltneri *Vita Jo. Lustii p. 38. 39. qui*



ramen raritatem hujus editionis in dubium vocat, illamque tantam non esse, quantum communiter putant, pronunciat. Copiose hæc editio recensetur a Theoph. Sincero in *Biblioth. Histor. Crit. Librorum rarior.* p. 80. sqq.

BIBLIA, das ist, die gantze Heilige Schrift, deutsch, D. Mart. Luther. Jetzt von neuem, nach dem letzten von D. Luthero überlesenen Exemplar mit Fleiß corrigiret, und mit neuen kurtzen und Lehrhaften Summarien über jede Capittel, samt nützlichen Zeit-Historien, und Lehr-Registern vermehret. Mit besonderer Churfürstl. Sächf. Freyheit. *Wittenberg*, in Verlegung *Zachariae Schürers*. Gedruckt bey *Job Wilb. Fincelio*, A. 1624 in 4. II. Bände.

Editio hæc Bibliorum summo studio fuit suppressa propter insignem quandam corruptelam, quam verbis B. Feustkingii in *ausführl. Bericht von denen Propheten* p. 104. recensere lubet: "Es wurde A. 1623. eine deutsche Bibel in der Schürerischen Buchhandlung zu Wittenberg gedruckt, worüber Nicol. Hunnius, als Professor, die Oberaufsicht und Correctur hatte. Es trug sich aber zu, daß der Drucker in der Officin, ein Mitglied der Römischen Kirche, welches vorher niemanden bewußt war, ganz listiger und boshafter Weise nach der letzten Hunnianischen Revision eines und das andere vor sich änderte, das mit dem Sinne des Heil. Geistes nicht übereinkam. Absonderlich wurde der Spruch de Angelo Apocalyptico, Apoc. XIV. 6. von dem Bösewichte erschrecklich depraviret. Denn zur Kränckung unserer Evangelisch-Lutherischen Religion setzte er zeit währenden Abdruckens an stat des Wortes ewig, wie es Hunnius bey der letzten Correctur gehabt hatte, das Wort neu hinein, und druckte unterschiedliche Exemplarien, davon ich selber noch eines besitze, also ab, daß es hieß: *Ich sahe einen Engel steigen durch den Himmel, der hatte ein neu Evangelium.* „ Conf. de hac editione Serpilius *Verzeichniß rarer Bücher*, p. 21. sqq. *Samml. von alten und neuen*, 1723. p. 190. sq.

BIBLIA



BIBLIA Germanica. *Norimbergæ* 1670. fol.

Editio hæc mihi quidem non est visa ; a raritate autem laudatur in *Bibliotheca Anonym. Norimbergæ* 1738. in 8. edita p. 13 : “ Biblia hæc sunt certe rariora quam rarissima. “ In der Epist. *Judæ* v. 23. hat ein Catholischer Buchdrucker- “ Gesell das *Fege-Feuer* hineingedruckt , daß es stehet : “ *Machet etliche mit Furcht selig, und rücket sie aus dem “ Fege-Feuer. ”*

### III. BIBLIA GERMANICA POST LVTHERI TEMPORA EX ALIORVM VERSIONE EXPRESSA.

BIBLIA Germanica. *Gedruckt in Worms bey Peter Schöffern*, 1529. in fol.

De rarissimo hoc Bibliorum Codice legantur Dietericus von Staden in *Erklärung der deutschen Wörter der Bibel*, Præfat. p. 25. Jo. Diekmannus in *Operibus Germanic. P. II. p. 100.* & præprimis Gust. Georg. Zeltner's *Sendschreiben von der alten und höchstraren deutschen Wormser-Bibel, Altorf* 1734. in 4. qui posterior de raritate hujus Libri p. 4. & 5. scribit : “ Ich nenne diese Bibel nicht ohne fatten Grund ein berühmtes, und doch sehr rares Buch ; “ - - - weil manche sonst in dergleichen Sachen wohlgeübte Männer bekant, nicht weniger aber die Register der allergrößten und auserlesensten Bibliotheken ausweisen, - - daß eben dieses Werk jenen nie zu Gesicht gekommen, in diesen aber gar selten eine Stelle gefunden. “ Ja ich bin gewiss, und hat mich theils die Erfahrung selbst gelehret, daß man viele Städte durchreisen wird, wo man kaum in einer, unter zehen derselben, ein Exemplar antreffen möchte. ” *Alia Bibliorum Wormatiensium editio Augustæ Vindel. 1534.* apud *Henr. Steyner* in fol. excusa est. *Vid. Jo. Georg. Palmius de Codicibus Vet. & N. Test. quibus Lutherus usus est*, in præf. p. 36.

BIBLIA Germanica *Koepfeliانا. Argentor.* 1530. fol. min. cum fig.

Libri Canonici Vet. Testam. *Durlaci* typis exscripti sunt, sicut finis testatur : *Gedruckt zu Durlach durch Veltin Koepfeliانا*.



bian, aus Verlegung Wolf Koeffels, Bürgers zu Strasburg, im Jar 1530. Sequuntur Libri Apocryphi Vet. Testamenti sub titulo: *Die Bücher, dye bey den Alten under Biblische Geschrift nit gezelt seind, auch bey den Ebreern nit gefunden. Neulich wiederumb durch Leo Jud vertentschet.* In fine: *Gedruckt zu Strasburg bey Wolff Koepphel uf den neunnden Tag des Herbstmonds, im Jar 1529.* Sequitur Nov. Testamentum sub titulo: *Das guntze New Testament, in viel Orten verstendiger vertentschet durch Mart. Luther, 1530.* Pleniorum enarrationem hujus Operis Biblici ex diversis translationibus congesti habes in Aug. Bayeri *Arcanis Sacris Bibliothecarum Dresdens.* p. 46. sq.

**BIBLIA Germanica.** Alt und Neu Testament, nach dem Text in der heiligen gebraucht, durch Doct. *Johann Ecken*, mit Fleiß auf hochdeutsch verdolmetschet, 1537. in fol. c. fig.

In fine legitur: *Säligglich geend durch Görg Krapten Buchfürers von Ingolstadt Koster, und Verlegung.* Versio hæc Bibliorum infrequentissima est, paucissimisque cognita, quam recenset Anonymus in *nützl. und auserlesenen Arbeiten der Gelehrten im Reiche*, P. V. p. 377.

**BIBLIA Germanica**, der Hebräischen und Grigischen Warheit nach verdolmetschet. *Zürch, bey Christoph Froschauer, 1525.* in fol. 1529. in 8. 1530. in 8. 1531. fol. &c.

Versio hæc perrara est, licet sæpius recusa; vocari primumque solet Leonis Judæ, quæ revera Lutheri est, sed interpolata. Quo in labore Leonis Judæ, Ministri Tigurini, partes potiores fuerunt; inprimis in iis, quibus Textum ipsi originale pressius sequi, & accuratius exprimere annis fuit. Historiam & editiones *Bibliorum Tigurinorum* inde ab anno 1525. ad 1638. ordine recenset Jo. Henr. Hottingerus in *Bibliothecario quadripartito* p. 153. sqq. & qui Hottingerum corrigit Jo. Diekmannus in *Operibus German.* P. II, p. 14. & 102. sqq. itemque Gust. Georg. Zeltnerus in *novis Versionibus Bibliorum Germanicis non tenere vulgandis*, pag. 7. Addatur his Jo. Bapt. Ottii *Dissertatio de Bibliis dialecto Helvetica expressis*, quam ex MSto edidit Christ. Frid. Bœrnerus

in *Additamentis* ad Jac. le Long *Bibliothecam Sacram* T. II. p. 249. fqq. J. Jac. Hottingeri *Helvetische Kirchen-Historie*, P. III. L. VI. p. 224. Theoph. Sinceri *Bibliotheca Historico-Crit. Librorum rarior.* p. 66. & qui singularia quaedam habet alibi non obvia Autor Anonymus *Miscellan. Tigur.* P. III. p. 114. Nos Operis hujus Bibliici tres possidemus editiones: Primam de A. 1530. apud *Christoffel Froschover*, in 8. alteram de A. 1534. apud *eundem*, in 8. maj. Tertia est de A. 1552. apud *eundem*, in 8. maj. Hanc Cl. Bruckerus omnium optimam nominat, simillimam editioni de A. 1545. in fol. quam copiose recenset P. XVI. *der Beyträge zur Critischen Historie der deutschen Sprache*, p. 31. fqq. Nostræ editiones mire una ab altera differunt; ac singulatim editio Anni 1530. proprius accedere videtur in quibusdam Versioni Lutheri. Excusa est typis latinis, titulo & præfat. exceptis.

BIBLIA Germanica a Crypto-Calvinianis Saxonis, interque hos præprimis a L. Jo. Salmuth, *Concionatore Aulico*, A. 1589. edi cæpta, nec tamen ultra Paralipomenon libros producta, in Biblioth. Dresdensi recondita sunt, & inclusa, ac postea ad pulveris pyrotechnici eucullos subinde deprompta & adhibita. Prolixius hæc enarrat G. G. Zeltnerus *de Version. Bibl. German. non temere vulgand.* p. 11. fqq. & 117. In *Catalogo Bibliothecæ Polyc. Leyseri*, Prof. Helmstad. p. 181. hæc leguntur: "*Biblia Germanica, cum Glossis (Crypto-Calvinianis) Jo. Salmuthi. Dresdæ, 1593. fol. præter hoc reliqua fere omnia Exemplaria autoritate publica suppressa sunt.*" Unde evidenter satis colligi potest inter rarissimos referenda ea omnino esse Libros. Vid. Viri egregie docti Jac. Burckhardi *Historia Bibliothecæ Augustæ Wolfenbüttelensis* p. 134. Caterum accurata etiam hujus Operis Bibliici enarratio legitur in *Collectiõne XIII. der fortgesetzten nützlichen Anmerkungen über allerhand Materien aus der Theologie*, p. 5. fqq. ut & in *Hamburgischen Gelehrten Berichten* A. 1742. p. 335. fqq. Ex quibus discimus, titulum etiam Bibliis hisce esse præfixum hoc rubro: *Die fünf Bücher Moses, verteutschet durch D. Mart. Luther, darinnen, neben kurtzer Vorrede über jedes Buch, insonderheit ein jedes Capitel ordentlich in gewisse Versicul und Paragraphos*



graphos abgetheilet; und mit darauf gerichteten Summarien, auch fürnehmsten Lehren, samt einer jeden Lehre Nutz; und dann Lutheri Scholiis; daneben auch mit Concordantzen, Chroniken, Landtafeln, und andern Figuren, erkläret. Auf gnädigsten Befehl des Durchleuchtigen und Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn CHRISTIAN, Hertzogen und Chur-Fürsten zu Sachsen und Burggrafen zu Magdeburg, mit unterthänigstem Fleiß in Druck verfertiget. Dresden, in Chur-Fürstl. Sächsischer Druckerey, im Jahr 1590. In pagina averfa conspiciuntur insignia electoralia hac subscriptione: *Fide, sed Vide.*

BIBLIA Germanica, auf Befehl Herzogs Augusti nach der Hebräisichen Grundsprache übersetzt durch Jo. Saubert, I. Theil. *Helmstedt* 1666. in 4.

Historiam & fata hujus Versionis longe rarissimæ, cujus prima saltem pars, usque ad 1. Sam. XVII. sed æternis mancipata tenebris, excusa est, enarrant G. G. Zeltnerus in *Vitis Theolog. Altorsinor.* pag. 398. 405. *Nova Antiqua Theolog.* A. 1720. pag. 800-808. Specimen totius Operis, in quo sapissime Lutheri Versio grata mente retenta, alias vero sapius etiam interpolata fuit, typis subjecit Christ. Frid. Bernerus in *Bibliotheca Sacr. le Long Observationibus suis locupletata*, Cap. IX. p. 223. sqq. ubi Cap. IV. Geneseos integrum exscriptum typis, una cum Observationibus, sistitur. Conferri etiam poterit Abr. Calovii *kurzer Entwurf etlicher Ursachen, daß die neue Helmstädtische Bibel, deren Abdruck angefangen, nicht zu publiciren*, qui legitur in laudata Zeltneri *Diff. de nov. Version. Bibliorum German. non vulgand. in Append.* Exemplar hujus Versionis donum ipsius Sauberti extat in Bibliotheca Jo. Lud. Bunemanni p. 107. cum adposito pretio 30. taleror. Nuperrime etiam Bibliorum Saubertinorum Historiam omnium accuratissime contexuit Cl. Jo. David Köhler in Tom. XIV. *Historisch. Münz-Belustigung.* a pag. 162 - 168. Cui, si placet, adde doctiss. Jac. Burckhardum in *Historia Biblioth. Aug. Wolfenbittel.* p. 141. sqq.



### BIBLIA Germanica *Wertheimensis*.

Liber in Imperio Romano-Germanico publica autoritate penitus suppressus. Titulus est. *Die Göttlichen Schriften vor den Zeiten des Messia Jesus. Der erste Theil, worinnen die Gesetze der Israeliten enthalten sind, nach einer freyen Uebersetzung, welche durch und durch mit Anmerkungen erläutert und bestätigt wird. Wertheim, gedruckt durch Jo. Georg Vehr, Hof- und Canzeley-Buchdr. 1735. in 4.*

### IV. BIBLIA GERMANICA

IN DIALECTO SAXONIAE INFERIORIS.

Destinimur adhuc Historia harum Translationum hodie parum obviarum. Pleraque enim editiones *Bibliorum in Dialecto Saxoniae inferioris* sunt rara; utut non negandum, alias aliis esse rariores.

BIBLIA Germanica in Dialecto Saxoniae inferioris *Lubecensis*, A. 1494.

Hoc titulo: *De Biblie, mit vltihiger achtlinge recht vadem Latine in Dudesch avergesettet mit vorluchtinge und glosse des hochgelaerden Passillatoers Nicolai de Lyra, unde anderer velen billighen Doctoren. Gedruckt Lubick 1494. fol. maj.* Magni hodiernum sunt tum ob raritatem, tum ob glossam potissimum eam risu certe dignissimam, qua verba Genes. III. 16. ita reddita & exposita sunt: *Under der Macht des Mannes wers tu wesende, und he sehal aver dy herschopen, dy vuckene to pynghende, und to slande.* Agit de hoc Codice satis copiose doctiss. nobisque amicissimus Jo. Henr. von Seelen *Specim. VI. Selectorum Litterar.* p. 211-251.

BIBLIA Germanica, Lingua Saxoniae inferioris *Halberstadii* 1522. in fol.

Evulgata, utpote longe rarissima, paucissimisque visa, luculenter & copiose describit idem Cl. J. H. von Seelen *Specim. XI. Selector. Litter.* p. 398-426. qui simul observat, Versionem hanc ab homine pontificio fuisse adornatam, & post Conringium docet, editionem *Halberstadiensem* expressam vere esse; quamvis in scribendi pariter ac dicendi rationibus, haud levis sit differentia, ex editione *Lubecensi* Anni 1494.

BIBLIA



BIBLIA Germanica Lingua Saxoniae inferioris *Lubecensis*, A. 1533.

Hac inscriptione: *De Biblie, utb der utblegginge Doct. Martin Luthers yn dieh dudesehe vlitigh utbgesetiet, mit sundergen unterrichtungen alsẽ man sehen mach. In de Keyserliken Stadt Lubeck by Ludowich Dietz gedrucket, 1533.* fol. Ex præfata Jo. Bugenhagenii *Præfatione* patet, Opus hoc Biblicum non quidem ipso interprete, attamen motitore ac suasore, prelum subisse. Vir harum rerum, dum viveret, studiosissimus Dietericus von Staden de Autoribus hujus Versionis scribit: "Man hält insgemein dafür, daß die deutsche Bibel Lutheri von D. Joh. Bugenhagen, Pomerano, ins Niederfächfische übersetzet sey. Woher aber solches zu beweisen, habe bisher keine Nachricht finden können; wol aber daß es von einigen Studiosis aus hiesiger Gegend an der Weser bürtig, die bey des sel. Hrn. Lutheri Zeiten in Wittenberg gelebet, und vielleicht unter D. Bugenhagens Direction, geschehen sey." Hos inter Studiosos fuisse Jo. Hoddersen, conjecit laudatus Stadenius ex verbis, quæ offendit A. 1697. in Ducatus Bremensis *Vico Büttel*, in fenestra Viduæ Hoddersenæ: "H. Johannes Hoddersen, Pastor in Hammelwarden, hat unter D. Martin Luther studiret, die Bibel in die Niederfächfische Sprache versetzet, und ist A. 1564. am 6. Decembr. die Kirche allhie zum Büttel ihm anbefohlen, die er durch Vicarien verwaltet." Vid. J. H. von Seelen *Memoria Stadeniana* p. 355. sq. Rarissima hæc editio inter reclusas nostras superstans, satis accurate descripta est a laudato J. H. von Seelen *Selectorum Litterar. Specim. V.* p. 173. sq. Conf. Jo. Chr. Coleri *Acta Historico-Ecclesiastica* P. II. p. 198. 199.

BIBLIA Germanica Lingua Saxoniae inferioris *Magdeburgensis*, 1533. in 8.

Editio hæc multum abijt a Versione præcedenti, & tam ignota est in Orbe litterario, ut ex millibus vix unus sit, qui eam oculis unquam usurparit, judice S. Venerando Reimanno, cujus in Bibliotheca Pars III. hujus Operis extat. Vid. *Catalog.* p. 1140. Partem II. deprehendi in Tom. III. *Autographorum Lutheri & Cooperatorum* p. 229.

BIBLIA



BIBLIA Germanica Lingua Saxoniae inferioris *Magdeburgensia*, A. 1536. in fol. ap. *Mich. Lotter*, qui Vitemberga relicta Magdeburgum Typographiam suam transtulerat.

Extant in Bibliotheca Reimmanniana, qui observat, editionem hanc multis in locis ab hodiernis Versionibus plane esse diversam, e. g. Genes. XLI. 42. *He leth von em uthropen, dat man de Knée vor ehm bögen scholde.* Vid. *Catalog. Biblioth. Reimmann.* p. 212. 1139.

BIBLIA Germanica Lingua Saxoniae inferioris *Wittenbergensia*, apud *Jo. Lufi*, 1541. fol.

Laudant praecipuis hanc editionem a priori in pluribus rebus differentem, quam frustra in Tomis III. *Autographorum Lutheri* quaesivi, Gust. Georg. Zeltner *vom Leben und Fatis Hans Lufis* p. 40. & Jo. Melch. Kraft *in der Nachricht von der 1534. zum allerersten gedruckten Bibel Lutheri*, p. 74.

BIBLIA Germanica Lingua Saxoniae inferioris *Magdeburgensia*, 1545. in fol.

Hoc rubro: *Biblia, dat is, de gantze billige Schrift, verdüdet sich dorch D. Mart. Luther. Ut der letzten Correctur merklich verbetert, unde mit groten sliete corrigeret.*

- - - - - *Vitembergensia*, A. 1558. in fol.

Extant in Bibliotheca Uffenbachiana. Vid. *Catalog. T. I.* pag. 8.

- - - - - *Vitembergensia*, dorch *Georg Rhuwen Erven*, 1561. fol.

Adsunt in Bibliotheca nostra, & expressa videntur ad editionem *Magdeburgensem* A. 1545. cum qua & illud commune habent, quod Bugenhagius Scholia cum Summaris omnia ex illis exemerit, atque uno fasce comprehensa in fine subjecerit.

- - - - - *Vitembergensia*, A. 1569. per *Jo. Lufi*, in fol.

Meminit hujus editionis Vir doctiss. Dietericus von Staden in Praefat. *der Erklärung der vornehmsten deutschen Wörter*



*in der Bibel*, p. 17. asseritque editionem *Lubecensem* A. 1533. recusam fuisse A. 1569. a Jo. Lustio. Sed ocularis inspectio nos docuit expressam fuisse hanc *Vitembergensem* editionem ad posteriores *Vitembergenses*, quæ in plurimis abeunt ab illa *Lubecensi*.

BIBLIA Germanica Lingua Saxoniae inferioris *Wittembergensia*, A. 1574. *dorch Hans Lust*, in fol.

Adfunt in Bibliotheca nostra.

- - - - *Wittemberch*, *dorch Hans Lust*, 1579. fol.

Vid. Jo. Henr. von Seelen *Memoria Stadeniana* p. 71.

- - Germanica Lingua Saxoniae inferioris, opera M. Dav. Wolderi. *Hamburg*, by *Jacob Lucius den jüngern*, 1596. in fol.

Rarissima esse testatur, qui & ulteriorem eorundem notitiam suppeditat, Dietericus von Staden *in Erklärung der deutschen Wörter der Bibel*, *Præf.* p. 21. sqq.

- - - - *Wittenberg*, *dorch Lorenz Süberlich*, 1607. fol.

Vid. Jo. Henr. von Seelen *Eclog. Lutheran.* p. 5.

- - - - *Goslarie*, apud *Jo. Vogt*, 1618. in 4.

Adfunt in Bibliotheca nostra.

- - - Germanica Lingua Pomeranorum, ex mandato Seren. Ducis Bogislai edita, A. 1588. *Barth*, *in der Förstliken Druckerie*, *dorch Hans Witten*, in 4.

Editionem hanc oculis usurpavi; adest in Bibliotheca S. Rev. Conradi Iken. Docet nos Dan. Cramerus in *Chron. Ecclesiast. Pomeraniae* Libr. III. p. 251. confectam esse hanc versionem juxta editionem *Vitembergens.* A. 1545. in Lingua Saxoniae superioris. Verba Praefationis clarius hoc indicant: "Wente wy hebben in dissem Afdrucke funderlick gefolget deme corrigieren Exemplare, welkere noch by le vende des Herrn D. Mart. Luth. A. 1545. tho Wittenberg  
"gedruckt



gedruckt un uthgegahn is; und hebben jegen datfalvige  
 " andere gehalten &c. „ *Tantum de Bibliis Germanicis.*

## BIBLIA HISPANICA.

*BIBLIA Hispanica* Libris apud nos rarioribus sunt annu-  
 meranda, tam illa quæ interpretibus Judæis, quam quæ  
 a Christianis edita sunt.

*BIBLIA Hispanica ex Versione Ferrariensi*  
*Judæorum* hunc habet titulum: *Biblia en lengua*  
*Espanola, traduzida palabra por palabra de la*  
*verdad Hebraica, por muy excelentes Letrados.*  
*Vista & examinada por el Oficio de la Ynqui-*  
*ficion. Ferrariæ, sumtibus Yom Tob Atias,*  
 A. C. 1553. in fol.

Codices hujus editionis variant in fine. Quidam enim  
 sunt Judæorum, quidam Christianorum usibus accommodati.  
 In prioribus hæc leguntur ad calcem: *A gloria y loor de*  
*nuestro Sennor se acabo la presente Biblia en lengua Espanola*  
*traduzida de la verdadera origen Hebrayca por muy exce-*  
*lentes Letrados; con yndustria y diligencia de Abraham Vsque*  
*Portugues. Estampata en Ferrara a Costa y despesa de Yom*  
*Tob Atias hijo de Levi Atias Espannol, en 14. de Adar*  
*de 5313.* In posterioribus vero usibus Christianorum accom-  
 modatis: *Con industria y diligencia de Duarte Pinel Portu-*  
*gues. Estampata en Ferrara a Costa y despesa de Geronymo*  
*de Vargas Espannol, en 1. de Marzo de 1553.* Uberiorem  
 hujus editionis enarrationem habes in Jacobi le Long *Biblio-*  
*theca Sacra edit. Bærner.* Tom. II. p. 151. sqq. Recusa est  
 hæc editio Ferrariensis *Amstelodami* A. 5371. *Christi* 1611.  
 in fol. in cujus calce monetur nullam originalis literam esse  
 mutatam; iterumque *Amstelodami, in officina Gillis Joost,*  
 1646. in fol. Vid. Jo. Christ. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. IV.  
 p. 176. 177. Aliam *Ferrariensem* editionem A. 1630. con-  
 stantem foliis 293. itemque *Amstelodamensem* a *Sam. de Ca-*  
*zeres* recognitam, recenset laudatus Wolfius l. c.



BIBLIA Hispanica a Christianis translata inscribuntur: La Biblia, que es los sacros Libros del viejo y nuevo Testamento, translada en Espannol. A. 1569. in 4.

Locus impressiois, qui fuit *Basilea*, & nomen Interpretis, in titulo quidem non leguntur; ex fine tamen Præfationis apparet, hanc editionem illam ipsam esse, quam Jac. Gaffarellus seu rarissimam, & pro Versione Judæorum Granatensium habitam, aliquot centenorum florenorum pretio Carcavio, Regiæ Bibliothecæ Paris. Curatori, vendidit. Conspiciuntur enim binæ Litteræ C. R. ad quas provocat Rich. Simon, de Versione hac Judæis tributa disputans, atque contra Carcavium evincens, eam nonnisi a Cassiodoro Reyna susceptam. Vid. Rich. Simon *Lettres Choisies* T. I. p. 189. Hujus editionis 1600. Exemplaria fuisse impressa quidem, penitus autem distracta, scribit Cyprianus de Valera in Præfatione repetitæ editionis, quæ prodiit hoc rubro: *La Biblia, que es los sacros Libros del viejo y nuevo Testamento. Segunda Edicion. Revista y conferida con los Textos Hebreos y Griegos, y con diversas translaciones, por Cypriano de Valera. En Amsterdam, en Casa de Lorenzo Jacobi, 1602. in fol. it. Francfort 1622. in 4.* Editio secunda in titulo nuncupatur, non respectu alicujus prioris, quam emiserat Valera; sed, ut in Præfatione uberius dicitur, respectu illius, quam publicaverat Cassiodorus de Reyna 1569. Unde hæc nostra non tam nova translatio est, quam Reynanæ mutata & emendata repetitio. Recenset hanc nostram editionem Serpilius *de Libris rarioribus* pag. 259. sqq. Habeo ego in manibus editionem A. 1622. in 4. maj. *En la Libreria de Daniel y David Aubrj, y de Clement Schleich.* Statim in limine legitur Præfatio latina, quæ deest in *Amstelodamensi*. In calce autem hæc verba: *Anno del Sennor 1569. en Septiembre.* His fere inducor, ut credam, non novam esse nostram editionem, sed ipsissimam anni 1569.

#### BIBLIA HUNGARICA.

BIBLIA Hungarica recentissimæ editionis A. 1716. & 1717. in Belgio curatæ, rarissima sunt. Causa



Causa raritatis in propatulo est. Libri hujus 3000. Exemplaria, a Jesuitis Cassoviensibus intercepta, in arcta adhuc dum teneri custodia, ex relatione Amici fide digni narrat Schelhornius in *Amœnitat.* T. II. p. 361. Conf. Jo. G. Keyser *neufte Reisen*, T. II. p. 1027. sq.

### BIBLIA ISLANDICA.

BIBLIA Islandica rariora esse nemo facile dubitavit. In *Catalogo Bibliothecæ Heinſianæ* p. 1. Libris omnium rarissimis adnumerantur *Biblia Islandica*, *Holæ* 1584 in fol. auspiciis Friderici II. Danorum Regis, qui 3000. Joachimicos Operi huic impendit, impressa, & e Versione Lutheri Germanica non tamen verbotenus expressa, Versionis curam gerente Gudbrando Thorlacio, Islando, in Patria Holensi Episcopo Lutheranorum. Emendatius postea recusa fuere *Biblia Islandica* curante Thorlacio Schulonio, *ibid.* 1644. in fol. Consulere javerit Alberti Bartholini *Bibliothecam Danicam a Jo. Mollero auctam*, p. 227. & imprimis Ludov. Harboe *Islandische Bibel-Historie*, quæ legitur F. II. *der Dänischen Bibliothec*, p. 1-156.

### BIBLIA ITALICA.

BIBLIA Italica, Sixti V. cura typis A. 1589. exscripta, albis corvis sunt rariora. Talem translationem illius Pontificis jussu editam extare negat & pernegat Jacobus de Long in *Bibliotheca S. T. II.* p. 130. sqq. Contrarium vero præter alios Jo. Frid. Mayerus tuetur, affirmans Biblia universa a Viris doctis in linguam Hetruscam auspiciis Sixti V. Pontificis conversa, typisque A. 1589. exscripta, mox intercedentibus Cardinalibus, & urgente illud ad horum instinctum Philippo II. Hispaniorum Rege, fuisse suppressa penitus & occultata. Digna sunt ut hic legantur, quæ de hac Versione habet Georg. Leti in *Vita di Sisto V. Pontifice Romano* p. 399. sqq. Referre ista placet verbis Joannis Clerici in *Bibliothèque Universelle* T. III. p. 254. f. scribentis: "On parle dans le V. Livre des murmures qu'exciterent la *Version Italique de la Bible*, qu'on fit par l'ordre du Pape. " L'Anbassadeur d'Espagne *Olivarès* croyoit que c' étoit une



" honte qu'on suivit à Rome la methode des Heretiques.  
 " *Eh, Monsieur, ne vous fachez pas, dit le Pape, nous*  
 " *P'avons fait pour vous, qui n'entende pas le Latin. Ce*  
 " *Ministre en écrivit à son Maître, plusieurs Cardinaux y*  
 " *joignirent des Lettres, où ils representoient à sa Majesté,*  
 " *qu'il étoit plus de son interest, que de celui des autres*  
 " *Puissances, de travailler à la suppression de cette Bible,*  
 " *a cauté des grands Etats, que le Roy d'Espagne possede*  
 " *en Italic. Olivarés ayant reçu réponse vint encore une*  
 " *fois trouver Sixte, & lui dire, que s'il ne supprimoit*  
 " *cette Traduction, sa Majesté seroit obligée de la defendre*  
 " *elle-même dans ses Etats. Le Pape l'écoula si long-tems*  
 " *sans l'interrompre, qu'enfin l'Ambassadeur lui dit: Votre*  
 " *Sainteté ne me repond rien, je ne sai à quoi elle pense.*  
 " *Je pense, repartit Sixte d'un air melé de fierté & de Co-*  
 " *lere, à vous faire jeter par la fenêtre, pour vous appren-*  
 " *dre le respect, que vous devez au Souverain Pontifice.*  
 " *Quelques bons Catholiques soutiennent, que Sixte n'a ja-*  
 " *mais pensé à faire imprimer une Bible Italienne. Mais*  
 " *l'Auteur dit, que c'est une grande spropofeto, puis qu'ou-*  
 " *tre qu'on peut le prouver par les Relations des Ecrivains*  
 " *de ce tems-la, on voit encore des exemplaires de l'Ecrite-*  
 " *ture de cette Impression dans la Bibliotheque du Grand-*  
 " *Duc de Toscane, dans celle de S. Laurent, dans la Bi-*  
 " *bliotheque Ambrosienne à Milan, & dans celle de Ge-*  
 " *neve. „*

### BIBLIA LATINA.

BIBLIA Latina. *Moguntia, per Jo. Fust, &*  
*Petr. Schæffer, 1462. fol.*

Editio hæc Bibliorum Latinorum est omnium prima, ac  
 primum etiam locum jure suo occupat Librorum inter raros  
 rarissimorum. Inscriptio ad calcem ita se habet: *Præfens*  
*hoc Opus finitum ac completum, & ad eusebiam Dei, indu-*  
*strie in Civitate Moguntina per Jo. Fust Civem, & Petrum*  
*Schæffer de Gernsheim, Clevicum Diæcesis ejusdem, est con-*  
*summatum anno Incarnationis Dominicæ 1462. in vigilia*  
*Assumptionis gloriosæ Virginis Mariæ. Vid. Mich. Maittaire*  
*Annales Typograph. T. I. p. 272. Alius Bibliorum Exem-*  
 plaris



plaris in Jacobi le Long *Bibliotheca* S. p. 575. fit mentio, ejus inscriptio in fine aliter se habet: *Præsens hoc Opusculum artificiosa adinventione imprimendi seu characterizandi absque calami exuratione in Civitate Moguntina sic effigiarum, & ad eusebiam Dei industrie per Joannem Fust Civem & Petrum Schoifer de Gernsheim Clericum Diœcesis ejusdem est consummatum Anno Incarnationis Dominicæ 1462. in vigilia Assumptionis gloriose Virginis.* Recensetur posterior hæc editio, quæ tamen una est ac eadem cum priori, in *Hamburgisch. Berichten* A. 1741. p. 391. sqq. Tanta autem, quod facile credas, perantiqui hujus Cimelii literarii raritas est, ut vix Bibliotheca una nominari possit, in qua illud conspiciatur. Mihi interim hæc contigit felicitas, ut noctu fuerim Exemplar, quo hæc scribens utor, mutuo acceptum a doctissimo Wilmans, R. Ministerii Candidato dignissimo. Inscriptio finalis typis rubris est eadem cum le Longiana, si exceperis loco verborum ultimarum in Exemplari nostro legi: *Assumpcionis Virginis Mariæ.* In Bibliotheca Francofurtana publica Exemplar hujus editionis in membranis egregiis impressum extare docet Wilh. Ern. Tenzelius apud Jo. Christ. Wolfium T. II. *Monumentorum Typographic.* p. 671. Ejusmodi Exemplar in Bibliotheca etiam Dresdensi adservatur. Vid. J. C. Gætzen *Merkwürdigk. der Königl. Dresd. Biblioth.* T. I. p. 5. sqq.

### BIBLIA Latina.

Exemplar, quod procul dubio versus annum 1464. vel 65. prodit, nisi illud ipsis Bibliis Moguntinis anni 1462. antiquitatis nomine præferre velis. Vid. *Supplement. ad Nova Acta Erudit.* T. IV. p. 387. Adest nullus titulus singularis, & hoc ex more antiquissimorum Librorum; Litteræ nullæ initiales seu capitales, nisi quas variis coloribus eleganter distinctas adpinxit Minculator sive Illuminator initio librorum & capitum; neque folia neque paginæ in parte superiori numerantur; nullæ plagulæ litteris A. B. C. sive signaturis signatæ, hinc nulla quoque Regesta hic potuerunt locum habere; nulli custodes sive voces paginæ sequentis indices adpositi; nullæ distinctiones minores, e. g. Semicola, Commata; nullæ Diphthongi; nomen Urbis, Typographi, Anni eam in fronte quam sine Libri omisum. Quum repetitur

Vocalis loco *t* semper *c* est impressum, e. g. Justificatio; pro deicio, æque ac MSS. solent, impressum est deicio. Et si quis velit inquirere editionem huic similem, potest notare hoc vitium typographicum in cap. XXXVII. Jesaiæ: *Ponam circulum in Avibus tuis*; pro quo alii rectius impresserunt: *in Naribus*. Legatur de hac editione *Bibliotheca Anonymi*. I. p. 241. Editio hæc Bibliorum videtur mihi esse una eademque cum illa, cui in Bibliotheca Uffenbach. pretium 200. talerorum statuitur. Codex Uffenbachianus in *Catal.* T. I. p. 1. 2. his verbis describitur: “ Latina Bibliorum editio vetustissima duobus constans Voluminibus. “ Videtur omnium prima, & Moguntia ab ipsis artis typographicæ Inventoribus, Gutembergio scilicet & Faustio, “ typis exscripta. Quamvis enim nulla temporis, loci atque “ Typographorum mentio fiat; evincit tamen id typorum “ insignis, non omni tamen elegantia carens, ruditas, & ex “ ipsa hæc ruditate clarissime elucens veneranda antiquitas, “ linearum ac ipsarum litterarum seu typorum inæqualitas, “ majuscularum ac initialium litterarum manu, & quidem “ coloribus facta adpictio, minio etiam ubivis addita inter- “ punctiones, insignis denique chartæ crassities; albedo ac “ nitor, quibus vetustissimi omniumque primæ editiones “ recentiores nostras omnino antecellunt. ” Ut harum rerum curiosi eo melius de antiquissima hac Bibliorum editione judicare possint, lubet addere tertiam descriptionem unius ejusdemque, ut nobis quidem videtur, Exemplaris, verbis doctiss. C. G. Schwarzii, quæ leguntur in Anonymi *nützl. und auserlesenen Arbeiten der Gelehrten im Reiche*, P. VI. p. 496. sqq. “ BIBLIA Latina duobus Voluminibus majorum foliorum comprehensa, typisque ligneis, iisque “ mobilibus impressa; sed sine indicio vel anni, vel loci, “ vel Typographi. Nullis paginæ numeris, neque chartarum quaterniones literis Alphabeti, quas signaturas vocant, distinguuntur. Litera cujusque libri prima, ut & “ capitum initiales, sunt adpictæ. Inscriptiones & tituli “ omnes librorum, numerique capitum, modo minio, “ modo colore cæruleo, calamo sunt additi. Singulæ paginæ in binas columnas dividuntur. Nullas adhuc rubricas typis impressas usquam deprehendes. Ipsi characteres “ Gothici



Gothici & typi sunt satis pingues; quas ratione quanti-  
 tatis referas ad eam classẽ typorum, quæ hodie a Typo-  
 graphis *Text-antiqua*, item *Paragon-antiqua*, appellatur.  
 Literæ vero non sunt sibi invicem satis æquales; adeo ut,  
 si exempli causã litt. O in una pagina vel tricies pluries-  
 que occurrat, nunquam ex omni parte sibi æqualis videat-  
 tur: cum modo crassior appareat, modo tenuior; modo  
 paulo altior, modo brevior; modo vero oviformis, modo  
 rotundior; & quæ sunt aliæ varietates. Unde facile col-  
 ligas, istos typos non certæ formæ vel matrici fuisse infu-  
 sos, sed ex ligno figillatim sculptos; quanquam non raro  
 unus typus etiam binas ternasque litteras junctim com-  
 plectatur. Videntur adeo hæc Biblia eadem esse, quorum  
 Exemplar ejusdem prorsus formæ Amicus observavit Leodii  
 in Bibliotheca Dn. Baronis de Craffier, quod ille, haud  
 præter causã *Bibliis Moguntinis* anni 1462. antiquitatis  
 nomine utique præferendum censuit, imo pro omnium  
 editorum antiquissimo habuit. Ut alii habeant, quod  
 cum suo Exemplari, si forte simile possideant, conferre  
 possint, pauca loca speciminis loco annotabo. Præmittitur  
 Operi *Epistola* Hieronymi ad Paulinum, ejusque *Prologus*  
*in Pentateuchum*. Altera columna primi folii his duobus  
 versiculis finitur:

*Nec hoc dico q: sit aliqd in me ta  
 le qd vel possis a me audire vel.*

Cap. IIX. Genes. quod in septimi folii pagina averfa extat,  
 vers. 5. hæc legimus: *Duodecimo em mense pma die mensis*  
*apparuerunt cacumina mocium; ubi vulgo legimus: De-*  
*cimo enim mense prima die mensis &c.* Plura specimina  
 legantur l. c.

BIBLIA Latina, per Ulricum Gering, Mar-  
 tinum Crants, & Mich. Friburger. A. 1464.  
 in fol.

Locus editionis est omissus; tempus autem editionis, no-  
 minaque Typographorum, indicantur in fine his versibus:

*Fam sem̄i undecimus lustrum Francos Ludovicus  
 Rexerat, Ulricus, Martinus, itemque Michael  
 Orti Teutonia banc mihi composuere figuram.*



Cum itaque *Ludovicus XI. Carolo VII. A. 1461. d. 22. Jul.* defuncto successerit, eodem anno d. 15. Aug. coronatus, si semi-lustrum, id est, biennium cum semisse addatur, oportet Biblia hæc A. 1464. prodiisse. Consulere juverit Mich. Maittaire *Annales Typograph. T. I. p. 8. edit. recentiff.*

BIBLIA Latina. *Vitembergæ, ap: Nicolaum Schirleitz, 1529. in fol.*

Hac inscriptione: *Pentateuchus. Liber Josua. Liber Judicum. Libri Regum. Novum Testamentum. Vitembergæ. In calce hæc leguntur: Impressum Vitembergæ per Nicolaum Schirleitz, A. 1529. Habes hic ex Vet. Testamento tantum Pentateuchum, & in rubro nominatos Libros Josua, Judicum & Regum; Novum Testamentum vero integrum. Qui Versionem hanc recensuit editor, nomen suum nec in fronte Libri, neque ad Præfationem, nec in calce Operis, nec alias usquam, exposuit. Hinc nata Viris doctis est suspicio, Versionem istam non ex Lutheri, sed Melanchthonis potius, aut alterius Viri, ea tempestate celebris, Musæo prodiisse. Lutherum enim nomen sursum præfigere Opusculis a se curatis, vel solis etiam Præfationibus, nunquam dubitasse. Contra vero illam Versionem ad Lutherum referendum esse Autorem data opera demonstrarunt Jo. Melchior Kraft in *Prodromo Historiæ Versionis Germanicæ Bibliorum*, Jo. Gottlieb Carpzovius in *Critica S. Vet. Test. p. 700. sqq.* Just. Wessel. Rumpæus in *Commentat. Crit. ad Libros N. T. p. 422. sqq.* & Jo. Mart. Schamelius tam in *Miscell. Lipsensibus Tom. IV. p. 280. sqq.* quam in peculiari Schediasmate Lipsiæ edito hac inscriptione: *Specimen Versionis Biblicæ Latinæ, a Luthero olim adornatæ, atque A. 1529. typis exscriptæ, in quo exhibentur: 1) Præfatio B. Lutheri; 2) Priora Capita Geneseos; 3) Collatio hujus Versionis cum fontibus atque vulgata; 4) Breve Examen argumentorum, quibus Cl. Boysenius aliique Viri eruditi evinci posse existimant: Versionis hujus Autorem non esse Lutherum, sed Melanchthonem. 1723. in 4. Ante paucos annos Cl. Michaël Lilienthal asserere ausus est Sebaldum Munsterum J. U. D. Vitembergensem Autorem hujus Versionis esse in pec. observatione inserta der fortgesetzten Sammlung von A. und N. Theologischen Sachen A. 1736. pag. 746. sqq. hoc rubro: M. Mich.**



M. Mich. Lilienthals *Nachricht von dem wahren Autore der sehr raren Lateinischen Bibel-Version, welche bisber dem sel. D. Luthero ist zugeschrieben worden.* Adversarium nactus est Anonymum Hamburgensem, cujus wohlgegründete Gedanken von dem Lateinischen Bibel-Werke des in Gott seligen D. Martini Lutheri, leguntur in fortgesetzter Sammlung, A. 1737. p. 630. sqq. Cui tandem victas manus dedit Cl. Lilienthalius, ac B. nostro Luthero Versionem hanc vindicavit P. VI. *der Preussischen Zebenden* p. 510 - 543. edit. *Regiomontani* 1740. in 8. Copiose etiam de hac Versione & Autore Versionis agitur in *Actis Historico-Ecclesiast.* P. XXVII. p. 372. sqq. & P. XXIIIX. p. 516. sqq. Imo *Hamburgi* apud *Brantium* prodiit: *Lutherus Lutheranorum primus verusque Hieronymus. H. e. Commentatio Historico-Theologico-Critica de Versione Biblior. Latina Wittebergæ 1529. typis exscripta, neque Melanchthoni, neque Munstero, sed Luthero vere vindicanda; qua V. Cl. Georg. Augusto Dethardingio novum Regii Gymnasii, quod Altonavia floret, Professoris munus gratulatur* Carl. Frid. Kraft, *Hafumo-Cimber.* 1742. in 4. pl. 4. Caterum Versio hæc Bibliorum vel ipsa raritate rarior est. Jo. Frickius se illam nunquam vidisse in *Historia Lutheranism.* *Seckendorf.* p. 2723. ingenue fatetur. Cl. Kraftius tria saltem in Germania Exemplaria, sibi quidem nota, superesse perhibet. Addendum his Exemplar in Bibliotheca publ. Heilsbronnensi, vid. Jo. Lud. Hockeri *Catalogus* p. 129. Ex hac Versione ab ipso Luthero ad tempus, ut volunt, suppressa *Novum Testamentum*, omissis libris Veteris Test. fuisse recusum, & separatim editum arbitror. Qua de re infra pluribus.

BIBLIA Sacra, ex Sancti Pagnini translatione, sed & ad Hebraicæ linguæ amussim ita recognita & Scholiis illustrata, ut plane nova editio videri possit. *Lugduni, ap. Hugonem a Porta, 1542.* in fol.

In fine Voluminis hæc leguntur: *Excudebat Cass. Trechsel.* Biblia hæc cum Præfatione, & Scholiis marginalibus Mich. Villanovani, h. e. Mich. Serveti, rarissima sunt, paucissimisque visa. At constat tamen, in Gallia nonnunquam



exempla eorum reperiri, sed magno quoque pretio divendi. Vir quidam doctus Parisiensis eruditam eorum notitiam ad Michaëlem de la Roche misit, qui illam legendam dedit T. V. *Biblioth. Angloise* P. I. p. 5. sqq. Copiosiores recensiones habes in limatissima & elegantissima Jo. Laur. Moshemii *Historia Mich. Serveti* pag. 187. sqq. Conf. Mich. Maittaire *Annales Typograph.* T. II, p. 583. sq. Extant in Bibliotheca Regia Dresdensi, vid. hujus Bibl. *Merkwürdigkeiten* T. I. p. 357. sqq.

BIBLIA Latina, cum duplici Versione veteri & nova, & Commentariis Vatabli. *Parisus*, sub oliva *Rob. Stephani*, 1557. in fol. II. Voll.

“Biblia hæc, ” inquit Jo. Fabricius in *Historia Biblioth. Fabric.* P. I. p. 14. “magno in pretio hodieque apud Gallos “celeberrimi Collegii, Doctorem ejus insignem interroganti, “quem pro rariori præstantiorique Bibliothecæ Libro haberent: ille exfero digito, Opus hoc Biblicum tanquam “singularem Thesaurum indicavit &c. ” Conf. Schelhornii *Amænitat. Litter.* T. III. p. 28. Theoph. Sinceri *Nachrichten von raren Büch.* p. 68. sqq. *Thesaurus Bibliothecalis* Tom. IV. p. 54. Mich. Maittaire *Annales Typograph.* T. III. p. 689. sq. Biblia hæc in Biblioth. Uffenbachiana ob raritatem pro 34. & in Bunemanniana pro 16. taler. sunt venalia.

BIBLIA Latina Vulgata ad vetustissima Exemplaria castigata Jo. Heutenii. *Antwerp.* 1572. in 8vo.

Editio admodum rara, ob eam quam Rich. Simonius in *Histor. Crit. Verson.* N. T. p. 141. attulit rationem.

BIBLIA Latina, Vulgatæ editionis, ad Concilii Tridentini præscriptum emendata, & a Sixto V. P. M. recognita & approbata. *Rome, ex Typographia Vaticana*, 1590. in fol.

Rarissimam esse hanc editionem nemo nescit; suppressa enim sunt hujus editionis exempla. Hinc nata ejus raritas, quæ effecit, ut aliquando venderetur quadringentis & septendecim nummis imperialibus. Vid. Mr. Niceron *Memoires*

pour



pour servir à l'Histoire T. XXV. n. 3. Loco autem Sixtinorum Bibliorum curante Clemente IIX. alia sunt Vaticanis formis excusa, quæ, cæteraque editiones Bibliorum Sixti V. nomen præferentes non sunt Sixti, ut liquet tam ex Præfatione, quæ in locum Bullæ Sixtinæ, suppressæ quidem a Clemente, sed a Sixtino Amama in *Anti-Barbaro Biblico* p. 98. recusa, successit; quam ex collatione utriusque editionis. Curatam ejusmodi collationem instituit Thomas Jamesius, in libello, qui fides in Oculis est Romanensibus, cuique titulum fecit: *Bellum Papale, sive Concordia discors Sixti V. & Clementis IIX. circa Hieronymianam editionem, Londini 1606. in 4. & 1678. in 12. in quo per singulos Codicis S. libros eundo, ordine demonstrat, quantum & in quibus Clementina editio Sixtinam deserat, & corrigat. Vid. Jo. Gottl. Carpzovii Critica S. Vet. Testamenti pag. 688. fqq. Plura de Bibliis Sixtinis desiderantes legant Prosp. Marchand Histoire de la Bible de Sixte V. avec des Remarques pour connoître la véritable édition, inserta ex Biblioth. Kraftiana T. IV. Amœnitat. Schelhorn. p. 433. fqq. Schelhorn. Amœnitat. T. II. p. 359. Memoires de Litteratures par Mr. de Salengre T. I. p. 194. Gelehrte Zeitungen, Lips. 1726. p. 547.*

#### BIBLIA VARIARVM LINGVARVM.

##### BIBLIA Lithuanica. Londini 1660.

De maxima hujus Versionis raritate legantur *Gelehrte Zeitungen, Lips. 1729. p. 640.*

##### BIBLIA Polonica Radziviliana.

Hac inscriptione: *Biblia Swieta, tbo jisz, Ksiegi starogo y nowego saxonu wola sine z Zudowikiego Greikiego y laciufkege nowo na Polski irsyk xpilwoscia y wiernie wulzone drakowano w Briesciu Litewskim z wvokazai na a Nakladen Oswiconego Pana Mikolaja Radzivila &c. 1563. fol. maj. Historiam & descriptionem lege in Sylv. Wilh. Ringeltaube Nachricht von Polnischen Bibeln, Dantisc. 1745. in 8. edit. p. 83. fqq. Rarissima sunt, quia exempla fere omnia adversariorum malitia sunt coemta, & Vulcano tradita. Vid. Schelhornii Amœnitat. T. IIX. p. 487. & Jo. Petr. Kohlii Introd. in Histor. Litterar. Slavor. p. 201. 202.*

BIBLIA



**BIBLIA Polonica Budnæana.**

Hac inscriptione: *Biblia, t. i. Księgi starego y nowego — ad Simona Budnego. W. Zaslawiu Litewskim 1572. in 4.* Recensionem habes in Sylv. Will. Ringeltaube *Nachricht von Polnischen Bibeln* p. 142. sqq. quam recensionem Cl. Ringeltaube his verbis incipit: “ Ist ein Buch rar  
“ in Polen; so ist es, Gott sey Dank! diese Bibel, welche  
“ eigentlich denen Socinianern öffentlich zukommt &c.

**BIBLIA Rhætica.**

*BIBLIA in Lingua Rumanſcha a Ingadina Bassa. In Scuolin Ingadina Bassa, 1679. in fol.*

**BIBLIA Slavonica, Ostroviæ 1581. fol.**

Copiosam Codicis hujus plane rarissimi in Bibliotheca Jo. Alb. Fabricii extantis notitiam suppeditat Vir insigniter doctus Jo. Petr. Köhlius *Introd. in Histor. Litterar. Slavor.* p. 23. sqq. p. 187. sqq.

**BIBLIA Svecica, cum Privileg. Christianæ Reginae. Lugdun. ap. Jac. Marci, 1637. in 8.**

Editionis hujus Exemplaria in naufragio periisse narrat Jac. le Long in *Biblioth. S. T. I.* p. 418.

**BIBLIA Vandalica, cura M. Georg. Dalmatini. Vitembergæ 1584. in fol.**

Exemplaria fere omnia æternis carceribus mancipata sunt. Legatur Köhlius *Introd. in Histor. Litterar. Slavor.* p. 211. Salig in *Historia Aug. Confess.* T. I. p. 720. Schelhornius in *Amenitat.* T. II. p. 401. T. III. p. 33. Jo. Chr. Mylius in *Memorabil. Biblioth. Jenens.* p. 275. sq.

**Theodori BIBLIANDRI, Machumetis Alcoranus, & alia. Basil. 1543. ex officina Oporiniana, in fol.**

“ Opus hoc „ ( scribit S. Rev. Reimmannus in *Catalogo* p. 937. ) “ est præclarum, utile, rarum; in quo XXX. fere  
“ continentur Opuscula ad Theologiam Mahumedanam  
“ ejusque indolem, Historiam, sortemque spectantia, & in  
“ iis Græca quædam & Latina, separatim plane non habenda.  
“ Quæ omnia recusa quidem sunt A. 1550. sed omisso textu  
“ Græco, & tam parce ac frugaliter, ut & hæc posterior  
“ editio



editio in *Catalogo* Gerhardi von Mastricht rarioribus fit  
 “ adnumerata; quæ tamen cum priori nullo plane modo  
 “ est conferenda. „ Jain dudum etiam raritatem hujus Li-  
 bri cognovit Thom. Erpenius in *Præf. ad Historiam Josephi*,  
 quæ est ordine tertia, & præcedit Annotationes, quæque  
 directa est ad Arabismi Studiosos. *Leidæ* 1617. in 4. Di-  
 visa est hæc BIBLIANDRI Collectio Scriptorum Anti-Ma-  
 humediorum *Tomis III.* Catalogus Scriptorum X. quæ  
 I. Tomo continentur, legitur pagina proxima post titulum.  
 Tomus II. constat Scriptis IIX. Tomus III. Scriptis X.

BIBLIOTHECA Aprosiانا, v. APROSIANA.

BIBLIOTHECA Baluziana, Tomi III. *Pari-  
 sis* 1719. in 8.

Tomus III. hujus Catalogi, qui Libros MStos in Regiam  
 Bibliothecam translatos continet, rarior est, indice J. B.  
 Menckenio in *Catalogo Bibliotheca sua* p. 10.

BIBLIOTHEQUE Curieuse & instructive de  
 Divers Ouvrages anciens, & modernes de Lit-  
 terature & des Arts. à *Trevoux* 1704. in 12.  
 II. Tomes.

Raritas & præstantia plurimis indicatur in *Biblioth. mixta  
 Hamburg.* T. II. p. 520.

BIBLIOTHECÆ Cordesianæ Catalogus, cum  
 Gabr. Naudæi Elogio Jo. Cordesii. *Parisiis*,  
 excud. *Anton. Vitray*, 1643. in 4.

Liber insignis raritatis, qui maximo pretio divendi solet  
 in Auctionibus, in quibus quam rarissime apparet. v. Wende-  
 leri Dissertat. *de Libris rarior.* §. 23. Recensetur a Colome-  
 fio in *Operibus* p. 458. Iqq. v. Mencken. in *Catalogo Biblio-  
 theca sua* p. 7.

BIBLIOTHECA Gesnero-Simlero-Frisiana.

Conradus Gesnerus, cui posteritas, judice Morhofio,  
 ob summa illa & Herculea in re literaria merita obstrictus est,  
*Bibliothecam universalem* scripsit hodie insigniter raram.  
 Prodiit illa Tomis II. hac inscriptione: *Conradi Gesneri  
 Bibliotheca universalis, s. Catalogus omnium Scriptorum le-  
 cupletissimus in tribus linguis, Græca, Latina & Hebraica,*  
 extan-



extantium & non extantium, veterum & recentiorum. Tiguri, apud Frofchoverum, 1545. in fol. chartis 325. Tomus alter ita habet: *Pandectarum sive Partitionum universalium, qui II. Tomus Bibliothecae nostrae est, Libri XXI. Tiguri, apud Frofchoverum, 1548. fol.* Conrad. Lycosthenes, Rubeaquensis, in Compendium rededit hanc Bibliothecam, Auctorum haud paenitenda accessione auctam, sub titulo: *Elenchus Scriptorum omnium, veterum scil. ac recentiorum &c. Basileae, per Jo. Oporinum, 1551. in 4.* Laborem ferme similem aggressus est Robertus Constantinus, cujus *Nomenclator insignium Scriptorum, quorum libri extant vel MSti, vel impressi, ex Bibliothecis Galliae & Angliae, Indexque totius Bibliothecae atque Pandectarum Conr. Gesneri, prodit Parisiis apud Andr. Weebelium, 1555. in 8.* Post Lycosthenem Josias Simlerus demtis nonnullis Scriptoribus & additis eandem & augustiorem & auctiorem edidit: *Epitome Bibliothecae Conradi Gesneri, conscripta primum a Conrado Lycosthene, Rubeaquensi, nunc denuo recognita, & plus quam bis mille Auctorum accessione, qui omnes asterisco signati sunt, locupletata, per Josiam Simlerum, Tigurinum. Tiguri, apud Christoph. Frofchoverum, 1555. fol.* Infrequens est haec editio; qua tamen carere potest, qui locupletiore habet editionem *Tigurinam 1574. in fol.* & omnium optimam, aliquid mille, cum priorum, tum novorum Auctorum Opusculis ex instructissima Viennensi Austriae Imperatoria Bibliotheca amplificata per *Jo. Jacob. Frisum, Tigurinum. Tiguri* excusam apud *Christoph. Frofchoverum, 1583. fol.* De praestantia horum Librorum, quibus vix carere potest, qui rei literariae & librariae perfectam habere cupit cognitionem legatur Dan. Georg. Morhofii *Polybistor. T. I. p. 198. ed. nov. Jac. Frid. Reimmannus in Catalogo Biblioth. T. II. p. 21. sq. Thesaurus Bibliothecalis T. I. p. 308. sq. Franc. Dionys. Camufati Praefatio ad Alf. Ciaconii Bibliothecam, p. XIII. sqq.*

BIBLIOTHECA Patrum Cisterciensium, vid. *Bertr. TISSIER.*

BIBLIOTHECA maxima Pontificia, vid. *Jo. Thom. DE ROCABERTI.*

*Johns*



**John BIDDLE** the Faith of one God, who is only the Father, and of one Mediator between God and Man, who is only the Man Christ Jesus; and of one Holy Spirit, the Gift, & Sent of God asserted, & defended, in Several Tracts contained in this Volume. *London*, 1691. in 4. *Ejusd.* a second Collection of Tracts, proving the God & Father of our Lord Jesus Christ, the only true God &c. *London*, 1692. in 4.

Scripta Sociniana pessima, quorum ob evulgationem Autor, cujus nomen in fronte Libri haud apparet, quoad vixit Carceri inclusus fuit. Scripta vero manu Carnificis publice exusta. Vide plura apud Wood in *Athenis Oxoniens.* T. II. pag. 299. sqq. & Sam. Engel in *Catalogo Librorum rariss.* P. II. p. 5.

**Hieronymi BIGNONII** Liber de Electione Papæ. *Lutetiæ Paris.* 1604.

Gallice scriptus, sub titulo: *Traité sommaire de l' Election des Papes, composé par M. B. & imprimé à Paris 1604.* Rarissimus vocatur & recensetur a Cl. Dan. Maichelio in *Lambethanis* p. 127. sq. & Cl. Dan. Gerdes in *Florileg. Libr. rar.* p. 14.

**Guilielmi BIGOTII** Christianæ Philosophiæ Præludium. Opus cum aliorum, tum Hominis substantiam luculentis expromens rationibus. *Tolose* 1594. in 4.

Autor primus est eorum, qui Philosophiam Christianam scribere tentarunt. Adeo vero rari sunt Libri BIGOTII, ut hunc Librum sapius & diu quæsitum invenire non potuerit S. R. Jac. Bruckerus. Vid. *Histor. Critic. Philosoph.* T. IV. pag. 614.

**BILIBRA** Veritatis & Rationis de Verbo Dei Libræ Jo. Stephani Rittangelii; & Appendix Josepho de Voisin, Raymundoque Martini oppo-



opposita. Præmissa est Disceptatio de Verbo Dei. *Freistadii* 1700. in 8. pagg. 429.

Liber paradoxus, & maxime infrequens. Vid. Sebast. Edzardi *Dissertatio Philologico-Theologica de Verbo substantiali Auctori Bilibræ opposita*. *Franeq.* 1701. in 8. pp. 79.

*Johannis BISMARCI, Ecclesiast. minoris Ammenslebiî Archiepiscopatu Magdeburg.* Vita & res gestæ præcipuorum Theologorum, quorum ministerio Deus in postrema hac Mundi fescientis ætate Doctrinam Ecclesiæ &c. repurgavit & restituit. Liber I. Continens Vitam & res gestas Theolog. Viteberg. Cum gratia & Privil. Elect. Sax. *Hale Saxonum*, typis exscripsit *Christoph. Bismarcus*, A. 1614. in 4.

Opus infrequens & non facile obvium, ex judicio Jac. Frid. Reimmanni in *Catalogo Bibl. Theol.* p. 257. Autoris *Theauri Bibliothecalis*, T. I. p. 311. sq. & aliorum.

*Jo. BISSENDORFII, Pastoris Gædringensis Diœces. Hildesienf.* Nodi Gordii Resolutio, d. i. vom Beruf, Ordination und Einweihung der Evangelisch. Prediger; wider das nichtige Geschwätz Mart. Smiglicii, Jesuiter zu Ingolstadt. A. 1624. in 8. sine mentione loci.

Libellus hic manu Carnificis combustus ita disparuit, ut hodie ejus fere non alia, quam MSta extant Exemplaria. Autor capitis pœnam Scripto hoc sibi attraxit. Plura dabunt S. Rev. Reimmannus in *Catalogo Biblioth.* p. 494. sq. & *Nov. Antiqua Theologica*, A. 1729. pag. 729. A. 1730. p. 735. Præprimis vero Joach. Barward Lauenstein in *Historia Diplomatica Episcopatus Hildesienfis* a p. 158-168. commemorans alium ejusdem BISSENDORFII Libellum Carnificis manu itidem combustum: "*Jesuiten-Latein*, in 8. Diese Schrift "ist noch rarer, als die erste, und sollte eine Antwort seyn "auf das von einem Catholischen Patre edirte *Prædicanten-Latein*."

*Fran-*



*Francisci* BLANCHI Dictionarium Latino-Epiroticum. Romæ 1685. in 8.

*Nicolai* BLESYKII Historia Davidis Georgii &c. Daventr. 1642. in 8.

Scriptum raro obvium a Genere *Davidis*, vulgo *Foris* dicti, fatorum, dogmatum, morum & arcanorum optime gnaro, conscriptum. V. S. R. Dav. Gerdes *Florilegium Libror. rariorum* p. 14.

*David*. BLONDELLI, *Catalaunensis*, Pseudo-Isidorus & Turrianus vapulantes: seu editio & censura nova Epistolarum omnium, quas piissimis urbis Romæ Præsulibus a B. Clemente ad Siricium, & nefando ausu, infelici eventu, Isidorus cognomento, Mercator supposuit, Franciscus Turrianus Jesuita adversus Magdeburgensium ἐλέγχος aculeato stylo defendere conatus est. *Ex Typogr. Petri Chouet*, 1628. in 4.

Opus rarum, doctum, multæque ac variæ lectionis, cui Cl. Bunemannus in *Catologo Libror. rariss.* p. 102. pretium V. taleror. statuit. Conf. Thom. Ittigius *de Bibl. & Caten. PP.* p. 712. sq. *Thesaurus Bibliothecalis* T. III. p. 190. sq.

*Davidis* BLONDELLI Diatribæ de formulæ regnante Christo in Veterum monumentis usu, Justas pro Regibus maximis Philippo I. & II. summaque Regum omnium potestate vindicias complexa. *Amstelodami*, ap. *Jo. Bleau*, 1646. in 4. pagg. 394.

Non vulgarem habet raritatem. "Es ist nur zween Fin-ger dick, und wird doch gemeiniglich für einen Ducaten bezahlet." Vid. *Thesaur. Bibliothec.* T. III. p. 194. 195. Aequè rarum est aliud ejusdem BLONDELLI Scriptum: *Des Sibylles celebres tant par l'Antiquité payenne, que par les Saintes Péres, Discours traittant des noms & du nombre des Sibylles, de leurs Conditions, de la forme & Matière de leurs Vers, de livres, qui portent jusqu'aujourd' buy*



leurs Noms &c. à Charent. par la Veuf. Perier & N. Ferier. 1649. in 4. Vid. *Thesaur. Bibliothec.* T. III. p. 195. sq. & Cl. Heumannii *Consp. Reipubl. Liter.* p. 332.

*Mich. Aug. BLONDVS*, de Ventis, & Navigatione; cum accuratissima descriptione distantiae locorum interni maris, & Oceani a gradibus ad novum orbem. *Venet.* 1546. in 4.

Liber eximiae raritatis. Reliqua BLONDI Scripta, praeter hoc, recensentur in *Bibliotheca Lindenio-Merckliniana Medicorum.*

*Caroli BLOUNT* Anima Mundi, or an historical narration concerning mans Soul after this Life. *London* 1679. in 8. *Ej.* Miscellaneous Works. A. 1695. in 8. sine mentione loci & Typographi.

Bini hi Libri Scriptis Atheisticis & prohibitis adnumerantur in *Bibliotheca Uffenbach.* T. I. p. 765. 768. Ejusdem furfuris est alius Blountii Liber: *The Comments upon Philosophers Life of Apollonius, great Diana &c.* de quo hæc leguntur in S. Rev. Reimmanni *Historia Atheismi* pag. 450: “ Carolus Blount Anglo-Britannus, frater Germanus Thomæ Pope Blount, Viri non obscuri in orbe litterario, *Philosophati duos priores libros de Vita Apollonii Thyanensis e Græco in sermonem Anglicum translatos, notisque copiosis illustratos, Londini* 1680. in fol. edidit, qui publico *Edicto* A. 1693. sunt prohibiti. Nec immerito: totus enim in eo est Autor, ut Scripturam Sacram, & cum ea universam Religionem Christianam, Lectoribus propinet deridendam, *Eduardi Herberti MStis* ad Tragediam hanc adornandam adjutus, quam ipse tristi Catastrophe ad umbilicum perduxit. Cum enim eo ipso, quo dictum Opus condemnatum, anno *Londini Oracula rationis (The Oracles of Reason, London* 1693. in 8.) evulgasset, & in ambienda glòre, ab Archiepiscopo Cantabrigiensi aliisque penes quos rerum sacrarum erat arbitrium, tulisset repulsam, cujus nuptias esse licitas in *Oraculis* citatis putabat se demonstrasse, ipse vel amoris, vel fortunæ adversæ  
“ in.



“ impatiens sibi violentas manus intulit, & globo plumbeo  
 “ se confixit, referente Bernardo in *Histoire des Ouvrages*  
 “ *des Scavans*, 1693. Novembr. p. 136. „ Cum quo con-  
 ferendus P. Bælius in *Diſtion. Hiſtor. Crit.* & Mich. Lilien-  
 thals *Theologiſche Bibliothec*, T. II. p. 270. ſq.

**Giov. BOCCACCIO** Vita di Dante Alighieri.  
*In Roma, per Francesco Priscianese*, 1544. in 8.

Liber in Italia admodum rarus. Vid. Haym *de Libri rari*  
*nella lingua Italiana* p. 99.

**Joh. BOCCATI** *de Certaldo* Opus de claris  
 Mulieribus. *Bernæ* 1539. in fol.

Libris rarissimis adnumeratur in *Catalogo Biblioth. Hafæan.*  
 pag. 256. Conf. V. Cl. Jo. Chr. Gærzen *Merkwürdigkeiten*  
*der Königl. Bibliothec zu Dresd.* T. I. p. 186.

**M. BOCHINI** Regno tutto di Candia deli-  
 neato a parte & intagliato. *Venet.* 1645. in fol.  
 cum fig.

Liber in ipsa Italia rarissimus. Vid. *Catalog. Biblioth.*  
*Heukelom-Akerslot.* P. I. p. 129.

**Jo. BODINI** universæ naturæ Theatrum, in  
 quo rerum omnium effectrices causæ & fines  
 contemplantur, & continuæ series V. Libris  
 discutiuntur. *Francof. apud hered. Andr. We-*  
*chelii, Cl. Marnium & Jo. Auboy*, 1597. ite-  
 rumque *Hanoviae, ap. Eisdem*, 1605. in pp. 633.

Editio *Lugdunensis* apud *Jac. Rauffin* 1596. in 8. sine  
 dubio omnium prima est. Carpunt hunc Librum *Mart.*  
*Del-Rio Disquisit. Magic.* T. I. ed. *Mogunt.* 1600. p. 38-39.  
 Autor de la *Science Univerſelle* T. IV. p. 217. ſqq. Bernardus  
 de Sandoval & Roxas in *Indice Libror. prohib.* 2. Cl. p. 56.  
 & expurg. 2. Cl. p. 615. Libris Atheisticis adnumeratur in  
*Catalogo Biblioth. Uffenbach.* T. I. p. 764. Autor, sicut in  
 omnibus, ita & in *Physicis* Novator, judice *Morhofio* in  
*Polybiſt.* T. II. p. 154. de variis Naturæ argumentis sub for-  
 ma *Dialogi* differit, & hac styli forma paradoxas, monstro-  
 sasque suas opiniones ope objectionum proponit.



BOETIUS ins Deutsche überfetzt. Nürnberg.  
1660. in 12.

De ingenti hujus Versionis raritate scribunt CII. Autores *der Beyträge zur Critischen Historie der deutschen Sprache*, P. III. p. 449: "Man würde uns zu vielem Danke verbinden, wenn man uns dieses Buch mit der Zeit näher zu erkennen geben wollte; „ qui & de aliis BOETII Versionibus Germanicis agunt, P. I. p. 10. sqq. P. III. p. 448. sqq. P. VII. p. 491. sqq.

*Adami BOHORIZ* Arcticæ Horulæ succisivæ de Latino-Carniolana Litteratura, ad Linguæ Latinæ Analogiam accommodatæ; unde Moscoviticæ, Rutenicæ, Polonicæ, Bohemicæ, & Lusaticæ Linguæ cum Dalmatica & Croatica cognatio facile deprehenditur: cum tabulis ad Cyrillicam & Glogoliticam, Rutenicam & Moscoviticam Orthographiam. *Vitembergæ*, 1584. in 8.

Liber hic plane rarissimus, nulloque studio eruendus vocatur a V. Cl. Jo. Petr. Kohlio in *Introd. ad Histor. & Rem Litterar. Slavor.* p. 159. Conf. Lambecii *Biblioth. Vindobon.* T. I. p. 92. in Præfat. Morhofii *Polyhist. Litter.* T. I. p. 738. *Catalogus Bibliothecæ Hafæan.* p. 239.

*Johannis BOISSII* Veteris Interpretis cum Beza aliisque recentioribus Collatio in IV. Evangeliiis, & Actis Apostolor. *Lond.* 1655. in 8.

Liber infrequentissimus, ac rarissime occurrens. Vid. Jo. Christoph. Wolfius in *Curis Philolog.* T. I. præfat. p. 11.

*Jani Jac. BOISSARDI* Tractatus de Divinatione & præstigiis Magicis. *Hanov.* 1611. in 4. & *Oppenheim.* 1615. in fol.

Liber rarissimus, de quo *Observationes Hallenses* T. IV. p. 21. sqq. Mich. Lilienthals *Theologische Bibliothec.* T. II. pag. 988.



*Jani Jac. BOISSARDI* Bibliotheca Calcographica Illustrium virtute atque eruditione in tota Europa Clarissimor. Virorum Theologorum &c. antehac cum Vitis editorum, & in V. Partibus distributorum, nunc vero conjunctim solis Iconibus & Distichis singulorum subjiciendis exhibitorem sculptore Jan. Theod. de Bry. *Francofurti*, impensis *Joh. Ammonii*, 1636. & 1650. in 4to.

Raritatem hujus Operis indicat Sigm. Jac. Apinus in *der Anleitung, wie Bildnisse gelehrter Männer zu sammeln*, p. 144. scribens: "Dieses Werk ist selten mehr zu bekommen, und ist theuer. „ Meretur hic inferi judicium Cl. Schelhornii de Opere Boissardiano, quod legitur Tom. II. *Annænitat.* p. 107. "Eleganter equidem, inquit, sculptæ sunt hæc imagines a Theod. de Bry; at plerasque non ad vivum, ut in titulo promittitur, factas esse, nonnulli judicant. vid. *Observatt. Hallens.* T. IV. p. 36. Ipsa, quæ Iconibus adjiciuntur, elogia, quantum haud spernenda sint, brevem Vitarum delineationem, præcipuorumque librorum titulos complectentia, veruntamen in multis, præsertim chronologicis, litura & correctione opus habent. Haud pauca quoque elogia magnam partem ex Nic. Reusnero exscripta sunt, nulla tamen ejus mentione facta, ut fere plagiaris annumerandus mihi videatur Boissardus. „ Hæc Schelhornius, cujus potiora verba de priori editione *Francofurti* 1597. sqq. in 4. sunt intelligenda.

*Hieronymi BOLSECI* Historia de Johannis Calvini, magni quondam Genevensium Ministri, Vita, moribus, rebus gestis, studiis, ac denique morte: ad Reverendissimum Archiepiscopum & Comitem Lugdunens. descripta; & nunc ex gallico ejus Parisiis impresso Exemplari latine reddita. *Coloniæ*, apud hæred. *Jacobi Soteris*, 1632. in 8. 9 pl.



Liber in Calvinum injuriosissimus, sed admodum rarissimus, quem paucis videre contigit, teste S. Rev. Jo. Laur. Mosheimio in *Historia Mich. Serveti* p. 39. 40. Unde causa raritatis sit derivanda, me ignorare fateor. Illud certum est, repetitis hunc Libellum vicibus prodiisse. Latina Versio, quæ Autorem habet Jac. Laingæum, Scotum, Doctorem Sorbonnicum, primo *Parisis* 1585. in 8. lucem adspexit. Gallica editio inscribitur: *Histoire de la Vie, Moeurs, Actes, Doctrine, Constance, & Mort de Jean Calvin, par Hieronime Hermes BOLSEC, Theologien, Medecin, & Historien. à Paris* 1577. in 8. à *Lyon* 1578. in 8. à *Cologne* 1580. in 8. à *Lyon* 1664. in 8. Germanice prodiit *Colonia* 1581. in 8. Possidemus etiam *Petri CVRTENII Anti-Bolsecum, dat is, Grondige Wedderlegginge der Schaamloze ende Werelt-ruchtige Leugens, van Hieronymus BOLSECVS uitgebraakt op d'Eer ende Leer van Joh. CALVINVS &c. tot Harderwyck, by Paulus van den Houte, 1662.* in 12. pagg. 157. Libellum æque infrequentem, qui fortasse unus idemque est cum *Anti-Bolseco* germanice edito *Cleve ap. Gerb. Verslegen* 1622. in 4. de quo legatur Jo. Diet. von Steinen in *Præf. ad Hobbelings Beschreibung des Stifts Münster*, pag. penult. De BOLSECO autem, ejus Vita & Fatis magno eruditionis adparatu agit Thom. Ittigius in *Historia Synodorum Nationalium a Reformatis in Gallia habitantium* p. 113. sq. Idem Bolsecus conscripsit etiam *Vitam Theodori Bezae* idiomate gallico, quæ non minus rara est. Editiones mihi cognitæ sunt *Paris*. 1577. & 1582. in 8. Latinam hujus Libri Versionem dedit *Pantaleon Theveninus, Lotbaringus, Ingolstadii* 1584. & 1589. in 8. Recensetur in *Thesauuro Bibliothecali* T. I. p. 114. sq.

*Pauli BOMBINI, Soc. Jesu, Vita & Martyrium Edmundi Campiani Martyris Angli, e Societ. Jesu.* Editio posterior, ab Auctore multis aucta partibus & emendata. *Mantuae, ap. fratres Osannas, Ducales Impressores, 1620.* in 8.

Librum rariorem, quem frustra in instructissimarum Bibliothecarum Catalogis quæras, vocat Schellhornius in *Amænitat.* T. V. p. 284.

Franc.



*Franc. BONAMICI, Florentini, e primo loco Philosophiam Ordinariam in Alno Gymnasio Pisano profitentis, de Alimento Libri V. ubi multæ Medicorum Sententiæ delibantur, & cum Aristotele conferuntur, complura etiam Problemata in eodem argumentõ notantur, & quibusdam ex græca lectione pristinus nitor restituitur. Cum Indice copioso Notandorum. Ad Illustrissimum & Reverendiss. Carolum Antonium Puteum, Archiepiscopum Pisanum. Florentiæ, apud Bartholom. Sermartellium jun. 1603. Superiorum permissu. in 4. pagg. 759. non computatis Dedicazione, Præfatione, ac Indicibus.*

Liber plurimæ eruditionis ac multivaræ lectionis; at summe rarus paucissimisque visus. Liber I. est *de Alimenti Essentia*; Lib. II. *de primis Affectionibus Alimenti & Excrementorum*; Lib. III. *est de Alimento externo ejusque Appetitu*; Lib. IV. *de Formatione Fætus*; L. V. *de Consequentibus Fætum*. Exemplar quod possidemus redemptum ex Bibliotheca Heinsiana Lugd. Batav. 1683. habita, mutilatum quidem est plagula prima; nihilo tamen fecius in deliciis habitum est ab Eruditis. Testantur hoc sequentia Codici nostro inscripta: *Excellentissimo & Clariss. Viro, D. Alberto Kypero, Medicinæ Doctõri ac Profess. Ordinar. Domino & Collegæ conjunctissimo, Joh. Antonides van der Linden dono mittit, si donari meretur Liber male multatus & Capitis diminutionem passus a Viro docto & publico, cum post quadriennii usum aliquoties rogatus remittere cogeretur commodatum. Lugd. Batav. die 23. Octobr. 1653.*

*S. BONAVENTURÆ Psalterium B. Mariæ Virginis. Constantiæ 1611. in 12.*

Liber rarus, temerarius, & ob blasphemam Psalmsorum ad laudes Mariæ detorsionem summe impius. v. Mart. Chemnitius in *Examine Concil. Trident. P. III. p. 338.* qui totum fere Libellum Operi suo inseruit. Singularia etiam de hoc



rarissimo Pfalterio legas in Dannhaueri *Hodomor. Pontif. Phant. VI.* p. 1162. & ex professo in Andr. Riveti *Apologia pro S. Virginie Maria* p. 302. sqq. 322. sqq. Conf. Cl. Bunemannus in *Catalogo Librorum variff.* pag. 123. qui pretium IV. taleror. statuit huic Libello repetitis typis impresso; qui & inter Opera Bonaventurae extat.

BONAVENTURA Historia della Citta di Parma, & la descrizione del fiume Parma. *In Parma* 1591. in 4.

Rarissimis adnumeratur in *Biblioth. Anonym. P. II.* p. 157.

Job. BONEFONII, *Arverni*, Pancharis.

Libellus paucissimorum foliorum, & ob raritatem insertus *Memoires de Litterat.* par Mr. Sallengre, T. I. p. 339-376. Editiones mihi cognitae, & manibus meis tractatae, *Parif.* 1587. in 12. *Helmstad.* 1620. in 12. *Lugdunens.* curante Nicolao Blancardo, 1655. in 12. In hac posteriori ad MStum Autoris collata, & recognita, *Basium IV.* ita incipit:

O Deus imprabe! dire! ter sceleste!  
 Deus sacerrime! Deus inauspicate!  
 Tun' tantum scelus ausus, ut papillas,  
 Illas Pancharidis meae papillas,  
 Quas Venus veneratur & Cupido  
 Feris morsibus ipse vulnerares?

Blaspheme, & plus quam blaspheme, haec dicta sunt. At vero in ceteris a me collatis editionibus non *Deus* legitur, sed *Dens*. Idque rectissime juxta contextum.

Jacobi BONFADII Annales Genuensium, nunc primum editi, & ab innumeris mendis, quibus MSS. referti erant, emendati, Ind. locuplet. aucti, a Barthol. Paschetto, Veronens. *Papiae*, apud Hier. Bartolum, 1585. in 4.

Liber valde rarus, in *Catal. Menarsiano* p. 256. pretio XXXI. floren. divenditus, cuique Cl. Bunemannus in *Catal.* pag. 93. pretium IIX. taleror. apposuit. Recusus jam legitur in Jo. Georg. Grævi *Thesauro Italiae*, T. I.

Jacobi



**Jacobi BONFRERII** Commentarius in Libros Regum & Paralipomenon, II. Tomi. *Tornaci*, apud *Adrian. Quinque*, 1643. in fol.

Opus perrarum, cujus omnia fere Exemplaria una cum Typographia ferali incendio perierunt. Vid. Theoph. Alethai *Bericht von Commentariis*, T. V. p. 17.

**Balthaf. BONIFACII** Conjecturæ in Martialem, & Polynesi origines. *Venetis*, ex *Typographia Ducali Pinelliana*, 1635. in 4.

Librum hunc in Italia semper fuisse rarissimum docet *Bibliotheca Aprofiana*, ed. *Wolfian.* p. 141. De **BONIFACIO**, inter Polygraphos numerando, legatur Jo. Gerh. Meuschenius *Tom. III. Vitarum Summorum Virorum*, in *Prefat.* Ab raritate ibidem etiam laudantur *Ejusd. Elogia Contarenorum Heroum XXX. Venet.* 1623. in 4. it. *Elogia illustrium aliquot Scriptorum*, quæ posteriora ad Exemplar *Venetum* 1628. in 4. recusa *Tom. III.* p. 137-172. legantur.

**Paolo BONOLI** Istoria di Forli. *In Forli* 1661. in 4.

In ipsa Italia eximie raritatis. Vid. *Haym Notizia de' Libri rari*, pag. 44.

**Adam BORELL**, vid. Ad **LEGEM** & Testimonium.

**Vicenzo BORGHINI** Discorsi Historici, cioe dell' Origine di Firenze, della Citta di Fiesole, della Toscana e sue Citta, di Municipii e Colonie Romane, delle Colonie Latine, delle Colonie Militari &c. *Fiorenza* 1585. in 4. II. Voll.

Liber in Italia etiam perrarus, ex indicio *Bibliothecæ Historicæ Struvio-Buderianæ* p. 1431.

**Petri BORRANÆ** Corona pretiosa, *Venetis* quondam impressa, ubi e regione ponuntur Vocabula Latina, Italica, Græca vetera, & Græca, quorum hodie usus est.



Causam raritatis neglectui adscribit V. Cl. Schelhornius *Amenitat.* T. II. p. 422.

*Frid. BORROMÆI* Meditamenta Litteraria.

Liber perrarus, quem recenset Jo. Christ. Colerus in *Antholog.* T. I. Conf. *Acta Erudit.* 1728. p. 136.

*Petri Pauli BOSCHÆ* Hémidecas de Origine & Statu Bibliothecæ Ambrosianæ *Mediolani.* 1672. in 4.

Laudatur & rarissimus in his. Oris vocatur ab Andr. Gryphio in *Apparatu de Scriptoribus Histor.* Sec. XVII. p. 437. Recusus jam legitur in *Petri Burmanni Thesauro Italiae,* T. IX. P. VI.

*Joannis A BOSCO, e Cælestinorum Ordine, Parisiensis, Floriacensis vetus Bibliotheca, Benedictina, Sancta, Apostolica, Pontificia, Cæsarea, Regia, Franco-Gallica, sive Opuscula varia de Origine & Statu Ordinis S. Benedicti. Lugduni, apud Horatium Cardonum, 1605. in 8.*

Liber admodum rarus, de quo hæc habet *Catalogus Fresnoio-Mencken.* p. 59: "Dieses Buch ist manchmal theuer bezahlet worden; aber ohne Ursachen: denn was drinnen ist, ist von schlechter Wichtigkeit."

*Giacomo BOSIO* Istoria della Sacra Religione, e Milizia di S. Giovanni Gierosolimitano. *In Rome & in Napoli* 1594. 1621. 1638. in fol.

Rariorem esse hunc Librum in ipsa Italia docet Haym *Notiz. de Libr. var.* p. 62. Ex Italica Bosii a Balduino gallice redditus prodiit *Parisis* 1637. in fol. Vid. *Thesaurus Bibliothecalis* T. IV. p. 127.

*Francisci BOSQUET, Narbonensis Prætoris, Ecclesiæ Gallicanæ Historiarum Libri IV.* Accessit II. Pars, in quo Acta & vetera Monumenta producentur.

Prima editio *Parisis* 1633. in 8. prodiit. Altera multo amplior & locupletior *ibid.* 1636. in 4. in qua tamen nonnulla



nulla contra Monachorum fabulas scripta omiffa funt, indicante & exemplis probante Georg. Wallino in *Historia S. Genovefa, Parisiorum Patronæ*, p. 8. Interim utraque editio fati infrequens est, & inter rariffimos Libros numeranda; fuppreffa fcilicet ab ipsis Pontificiis, qui Bosqueti *περὶ ἡρώτων* ferre non poterant. Vid. Bayle *Dictionaire Hist.* art. *Bosquet.* & M. C. Christ. Woog in *den Passions-Betracht.* p. 135. sq.

**Georgii BOSQUETI** Hougueneorum Hæreticorum Tolosæ conjuratorum Profligatio memorix posita. *Tolosæ* 1563. in 4. itemque gallice, *ibid.* 1563. in 12.

Liber ex Decreto Regis publice uttulatus, ac proinde admodum rarus. Vid. P. Bayle *Dictionaire Hist.* art. *Bosquet.*

**Jac. Benigni BOSSVET, Episcopi Candomensis, & Serenissimi Delphini Præceptoris, Doctrinæ Catholicæ de iis Argumentis, de quibus Controversiæ funt, Expositio.**

Prodiit hoc Scriptum *Lutetiæ Paris.* 1671. ubi tamen notandum, editionem illam, quæ tum publici juris facta, & vulgo pro *prima* venditur, revera esse *secundam*. Antea enim prodiit hujus Libri integra, sed longe diversa, editio: ea vero, paucis tantum ejus Exemplaribus in privatorum quorundam manus venientibus, fupprimebatur; quia, judice Facultate Sorbonnica, Bossvetus Ecclesiæ Romanæ doctrinam longe aliter, quam revera se habet Concilii Tridentini sententia, repræsentasse videbatur. S. Rev. Dan. Maichelius in *Lucubrationibus Lambertanis* p. 34. sqq. primam hanc Superiorum jussu fuppreffam editionem, ac proinde in optimis Bibliothecis frustra quæsitam, ex Bibliotheca Illustriss. Archiepisc. Cantuar. Walkii producit, potioresque Lectiones a secunda editione differentes exponit; ut pateat cuilibet, eam gravissimis in rebus, non in meris vocibus, fuisse immutatam.

**Rodolphi BOTOREI & Petri MATTHÆI** Historiæ Franciæ.

Junctim bini hi Gallici Scriptores prodierunt hac inscriptione: *Historiopolitographia sive Opus Historico-Politicum*  
duo-



duorum Præclariss. hujus ætatis Historicorum, Rodolphi BOTO-  
TOREI, JC. in magno Franciæ Consilio Advocati, nec non  
Petri MATTHÆI, JC. Consiliarii & Historiographi Regii:  
in quo res toto pene Orbe hisce proximis annis gesta luculen-  
tissimis Commentariis Historicis & Observationibus simul ac  
Discursibus politicis illustrantur, ab A. 1594. usque ad præ-  
sentem 1610. In hoc Historiarum Opere nil reperitur, quod  
Ecclesiam Catholicam Romanam offendat. Francofurti, typis  
Matthiæ Beckeri; sumptibus vero Jo. Theob. Schonwetteri,  
1610. in 4. Tomus II. ibid. & apud eosdem, 1610. To-  
mi II. Pars altera, ibid. 1611. Tomus III. interprete Joh.  
Friderico Salveldt. Francof. apud Nicolaum Hofmannum;  
impensis Jac. Fischeri, 1613. in 4. Rariorem vero esse  
hunc Librum, nec facile obvium, testantur Theod. Janf.  
ab Almeloven in *Vita Casauboni*, & Magnus Crusius in *Sin-  
gular. Plessiacis* p. 9. & 116.

Caroli BOVILLI, Samarobrini, Epistolæ ali-  
quot Philosophicæ. Parisiis, ap. Badium Ascen-  
sum, 1511. 1514. in 4.

Rarissime conspiciuntur. " Les Lettres de cet Auteur  
" sont curieuses, mais peu communes. „ Hæc le Long in  
*Biblioth. Histor. Gall.* n. 12700. De Carolo Bovillo ejusque  
Scriptis satis copiose agit Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med.  
& infimæ Latinit.* T. I. p. 923. sqq.

Claude DE BOUTEROUE, Conseiller en la Cour  
des Monnoyes, Recherches curieuses des Mon-  
noyes de France. à Paris, chez Edm. Martin,  
1666. & 1675. in fol.

Librum hunc recenset, illumque rariorem esse, docet  
R. Simon *Biblioth. Chois.* T. II. p. 133. sqq. " Quoique  
" l'impression, inquit, de cet Ouvrage, qui est excellent,  
" ne soit pas fort ancienne, il y a deja neanmoins long-tems  
" qu'on n'en trouve plus d'exemplaires chez les Libraires  
" de Paris, & qu'il n'est point dans leur commerce ordi-  
" naire. „ Recensetur etiam in *Journal des Sçavans* 1666.  
d. 5. Jul.

Roberti



Roberti BRADLEY, *Botanices Profess. P. in Acad. Camabrig. & R. Societ. Membr.* Descriptio Oeconomix & Horticulturæ Veterum ex Cato-  
ne, Varronè &c. Lond. ap. B. Motte, 1725.  
in 8. 25. pl.

Recentent & laudant hunc Libellum *Actor. Erudit. Col-  
lectores*, A. 1729. p. 446. id tamen dolentes, Bibliopolarum  
avaritiam huic Scripto pretium 6. fere taleror. constituisse.

E. Jo. Mariæ BRASICHELLANI, *S. Palat. Apostol. Magist.* Indicis Librorum expurgando-  
rum in Studiosorum usum confecti Tomus I.  
in quo 50. Autorum Libri præ cæteris desiderati  
emendantur. Romæ, ex Typograph. R. Cam.  
*Apost.* 1607. Superiorum permissu. in 8.

Liber hic inter rariore est rarissimus: & licet *Pergami  
typis Comini Ventura* 1608. fuerit recusatus; hæc tamen po-  
sterior editio multo adhuc priori est rarior. Causa raritatis,  
ut mihi quidem videtur, est suppressio: cui ansam dedisse  
videntur tum Carmelitæ, qui Brasichellani censura in Joh.  
Hierosolymitani *Librum de Institutione Monachorum* offensi  
magnas lites paraturi videbantur; tum alii etiam Pontifici,  
qui spreta hujus Indicis autoritate a Brasichellani censuris  
circa varios Autores dissentiebant. Uberius de hoc Indice  
commentantur, & partim specimina aliqua istius exhibent  
*Observationes Hallenses* T. III. p. 133. sqq. T. IV. p. 71. sqq.  
Thom. Ittigius *de Biblioth. Patr.* p. 83. sqq. Struvius in *In-  
trod. ad Histor. Litterar.* p. 442. Autor *der Vergnügungen  
müßiger Stunden* P. I. p. 96. Serpilius *de Libr. rarior.* P. I.  
p. 52. sqq. S. Rev. Jo. Christ. Krüfike in *Præfat.* ad P. II.  
*Bibliotheca Paterna*, n. 100. Nic. Ernesti *Zobellii Notitia  
Indicis Librorum expurgandorum editi per Fr. J. M. Brasichellen.*  
*Altorf.* 1745. in 8. edita. Editio Romana clancu-  
lum alicubi, & procul dubio *Ratisbonæ* recusa fuit, ibidem-  
que nunc publice venditur. Vid. *Leipzig. Gelehrte Zeitungen*  
A. 1743. p. 613.

D. Fr.



*D. Fr. Fabro* BREMVNDAN Floro Historico de la Guerra de Ungria. *Madrid* 1684. 4. V. Voll. in 4.

Liber hic est ex rarissimis, & in paucissimis Bibliothecis integer reperitur. Vid. *Bibliotheca Anonym.* T. II. p. 160.

*Elie* BRENNERI Thesaurum Nummorum Sveo-Gothicorum. *Holmiæ* 1691. in 4.

Excusum, a paucissimis Germaniæ Eruditis fuisse visum, asserit Cl. Wendlerus in *Diss. de var. rarit. Librorum Causs.* §. XXV. Jam recusus 1731. extat.

*Jo. BRENTII* Opera, junctim edita. *Tubingæ*, ap. *Georg. Grupenbachium*, 1590. IIX. Tomis. Tom. I. 1576. -- T. IIX. 1590. in fol.

Rarissime occurrunt, & magno pretio in Auctionibus Bibliothecarum vendi solent. Conf. *Mich. Lilienthals Exegetische Biblioth.* p. 485. 4. 99.

*Jo. BRENTII* Vita.

Germanice scripta editaque 1717. sub titulo: *Der als ein Palmbaum grüne Gerechte, in dem Leben des um die ganze Evangelische Kirche hochverdienten Theologi, M. Jo. BRENTII, gewesenenen ersten Evangel. Predigers und Decani in der H. Reichs-Stadt Schwäbisch-Hall; bey Gelegenheit des A. 1717. den 31. Octobr. einfallenden zweyten Evangelischen Jubel-Festes, auf Verordnung des Magistrats kürzlich entworfen &c. Schwäbisch-Hall 1717.* in 4. Legatur de Scripto hoc rariori *Jo. Jac. Moserus* in *Biblioth. Scriptor. de Rebus Svecicis* p. 9. "Die meisten Exemplare, inquit, sind in dem Brande der Stadt Schwäbisch-Hall darauf gegangen."

*Christoph. Sylvestranus* BRENZONVS in quatuor Libros Sententiarum.

Liber summe rarus, de quo ejusque Autore nihil hucdum in Reipublicæ Litterariæ Annalibus consignatum reperire potui, præter illa, quæ leguntur in *Essais de Litterature* T. I. p. 51. 52. & 193. his verbis: "On ne trouve presque plus ce Livre; il est si rare, qu'on en a offert autrefois une grosse somme, & c' étoit pour un exemplaire non complet, qui



" qui ne contenoit que le premier, & seconde Livre des Sen-  
 " tences. Cet Auteur est un très bon Scholaftique, & il y  
 " a beaucoup de fruit à faire dans la lecture de cet ouvrage.  
 " Un Ecclesiastique, Ami de Mr. Baluze, disoit il y a quel-  
 " que tems, qu' il en avoit eu un tout entier pour VII. livres,  
 " mais ce font des coups de fortune, qui n' arrivent qu' une  
 " fois dans une Siécle, & dont il faut profiter avec empref-  
 " sement. Le livre est generalement estimé, & rempli  
 " d' une grande erudition. - - - Heureux si cette Re-  
 " flexion pouvoit engager quelque docte Personnage à entre-  
 " prendre une nouvelle édition de ce livre, dont, sans ce  
 " secours, la posterité sera bientôt privée. „ *Ceterum*  
 " de loco, tempore, & forma impressionis nihil hic legitur;  
 " de Autore tamen hæc in fine adduntur: " Christoph. Syl-  
 " vestrans Brenzonus étoit Carme; il est mort en 1619.  
 " Henri IV. en faisoit beaucoup de cas, & il eut une fois  
 " le dessein de l' attirer à la cour pour en faire son Confes-  
 " seur; mais les ennemis secrets de Brenzonus cluderent  
 " le coup. „ *Incidit postea in Ephemerides Erudit. Parisens.*  
 " A. 1702. ubi p. 929. 930. ea examini subjiciuntur, quæ ex  
 " Morlierii *Essais* adduximus. Autores Brenzonii Librum  
 " non magni faciunt. Titulus iste est: *Ad Gregorium XIV.*  
 " *P. M. in primum Sententiarum Opus F. Christoph. Sylvestrani*  
 " *BRENZONII, Carmelite, Theol. Doct. in Gymnasio Pata-*  
 " *vino. Veronæ, apud Sebastianum a Dominis, 1591. in fol.*  
 " *Speciminis loco initium Præfationis afferunt. In Catalogo*  
 " *Bibliothecæ Gribnerianæ n. 396. extat aliud ejusd. Brenzonii*  
 " *Liber: Examen Theologicum in secundum Sententiar. Opus*  
 " *pro laureandis F. Christoph. Sylvestrani BRENZONII ad Cle-*  
 " *mentem II. Pontif. Max. Veronæ. 1598. in fol.*

*Stephano BREVENTANO* Istoria della Anti-  
 chita, Nobillita, e delle cose notabili della Cit-  
 ta di Pavia. *In Pavia 1570. in 4.*

Liber in ipsa Italia rarissimus, teste Haymio in *Notizia*  
*de Libr. rar.* p. 59.

BREVIARIUM Romanum Quignoni, vid.  
*Franc. QUIGNON.*

*Phil.*



*Phil. BRIETII Parallela Geographiæ veteris & novæ. Parisiis, ap. Cramoisy, 1648: & 1649. III. Tomi, in 4. cum multis Tabb. Geograph.*

Autor, nescio qua de causa, cum diu postea supervixerit, in medio cursu substitit. Hinc procul dubio derivanda est raritas hujus Libri, de qua Cl. Bunemannus in *Catalogo Biblioth.* p. 106. scribit: "Opus integrum rarissimum est, & sæpe XXX. & pluribus florenis venditum; nostrum "Exemplar in uno spisso Volumine pro XII. taleris.," Plura habes in *Thesauro Bibliothecali* T. II. p. 237.

*Barnabæ BRISSONII Liber de Cereo Paschali.*

Allegatur quidem a Casp. Sagittario in *Dissert. de Natalitiis Martyrum* p. 83. de Cereis Paschalibus agens his verbis: "De Cereo Paschali pluribus egit Barnabas Brissonius, "quippe qui singularem de eo Librum conscripisse dicitur;" At vero dubitant Eruditi, an unquam hic Brissonii Liber extiterit. Vid. Groschufus in *Prefat. de Libris rarior.* p. 16.

*Bernardo DE BRITO Monarchia Lusitana, I. Parte desde a criacao do mundo a te o nascimento de Christo. Alcobaca 1597. in fol. II. Parte, en Lisboa 1609. in fol. III. & IV. Parte, ibid. 1632. V. & VI. Parte, ibid. 1650. VII. Parte, ibid. pello Frey Raphael de Jesus, 1683. in fol.*

Liber inprimis rarus. Vid. *Catalogus Bibliothecæ Mencken.* p. 542. Gerh. Ernesti de Franckenau *Bibliotheca Hispanica Historico-Genæalogico-Heraldica*, p. 61. sq.

*Sylvestr. BRONZONVS, v. BRENZONVS.*

*Christoph. BROWERI, e Soc. Jes. Antiquitatum & Annalium Trevirensium prima editio, quæ A. 1626. Colonia in fol. prodiit, rarius obvia est, quia Philippus Christophorus, Elector & Archiepiscop. Trevirensis, illam proscriptit, & supprimendam curavit. Vid. Hamburg. Bibliotheca Histor. Cent. III. p. 247. Schelhorn. *Amœnitat.* T. II. p. 346.*

*Christoph.*



*Christoph. BROWERI Fuldensium Antiquitatum Libri III. Antwerp. 1612. in 4. Alph. 2.*

Uti omnia Broweri Scripta sunt rara, magnique semper æstimata ab Eruditis; ita inter non minimum hocce Fuldensium Antiquitatum Opus. Vid. Dan. Gerdes *Florileg. Librorum rarior.* p. 15.

*Jordani BRUNI Scripta.*

Inter rariora rarissima esse, nemo nescit. Hæc raritas Librorum Bruni, qui adeo disparuere, ut non nisi in instructissimis Bibliothecis inveniantur, nullibi autem pene omnes deprehendantur, potissima causa videtur esse, cur adhuc hodie desit, accurata hujus Viri Historia, quam tamen res ejus valde memorabiles omnino merentur, quamque omnium optime magno eruditionis apparatu nuperrime dedit Vir stupendæ eruditionis & diligentia Jac. Bruckerus in *Historia Crit. Philosoph.* T. V. p. 12 - 62. En tibi Catalogum Librorum ordine chronologico a nobis confectum.

La Cena de le Cineri, descritta in cinque Dialoghi, per quattro Interlocutori contre Considerationi circa doi Sugetti. Stampata nell' anno 1580.

Meminit hujus editionis Du Verdier, quam frustra in Catalogis præstantissimarum Bibliothecarum inquisivi, & quæ fortasse nullibi etiam extat. Nicol. Franc. Haym in *Notizia de Libri rari nella lingua Italiana* nominat saltem editionem *Parisiensem* A. 1584. in 8. quam solam etiam vidit Petrus Bælius, qui de ipso Libro ita judicat: " Ce livre fut dedié par l' Auteur à Mr. de Castelnau *unico Refugio delle Muse*, pendant son Ambassade d' Angleterre. La raison du Titre est, qu' on suppose, que ce sont des Entretiens tenus à table le premier jour de Careme. On y soutient entre autres choses l' opinion de Copernic, & l' on ajoute, qu' il y a une infinite de Mondes semblables à celui-ci, & qu' ils sont tous des animaux intellectuels, qui ont des individus vegetatifs, & raisonnables, comme il y en a sur la terre. L' opinion contraire ait traitée de puerile. " Vid. *Dictionair. Histor. art. Brunus*, lit. D. T. I. p. 680. Vid. eandem hanc editionem de A. 1584. in 8. pp. 128. recenset Cl. Aug.



Bayerus in *Memor. Librorum rariores*. p. 273. sqq. qui suspicatur *Londini* hunc Librum fuisse excusum, & nos docet, illum non saniora dogmata fovere, quam alterum *Spaccio cognominatum*. Ceterum Libri hujus tanta est raritas, ut in praestantissimis etiam Bibliothecis exempla saltem secundum impressum descripta extent. Vid. *Bibliotheca Anonym.* T. III. p. 321. Nacti sumus, & in Bibliotheca nostra asseruimus exemplum hujus rarissimi Libelli; locus impressionis neque in titulo, neque in calce legitur. Typi nobis non videntur Anglicani, & figuræ, quæ adsunt, ligno sunt incisæ. Integer titulus ita habet: *La Cena de le Ceneri. Descritta in cinque Dialogi, per quattro Interlocutori, contre Considerationi, circa doi soggetti. All' unico Refugio de le Muse. L' Illustriss. Michel di Castelnovo, Sign. di Mauvissier, Concreffalto & di Forvilla, Cavalier del Ordine del Re Chrianniss. & Consieglier nel suo privato consiglio; Capitano di 50. huomini d' arme, Gouvernator & Capitano di S. Desiderio, & Ambasciator alla Sereniss. Regina d' Inghilterra. L' Universale intentione e' dechiarata nel proemio.* 1584. in 8. pp. 128. Interlocutores sunt *Smitbo, Theophilo Philosopho, Prudentio Pedante, Frullas*. Extat etiam in *Biblioth. Regia Dresdensi*. Vid. hujus *Biblioth. Merkwürdigk.* T. I. p. 372.

### De compendiosa Architectura, & Complemento Artis Lullii.

Meminit hujus Libelli a Bælio nunquam visi Mr. du Verdier, illumque *Parisiis* 1580. produisse scribit; at ex Epistola quadam *Jo. a Nostiz* apud Bunemannum in *Catalogo Biblioth.* p. 117. patet, illum demum 1582. produisse: quæ de re alii judicent.

De Umbris Idæarum implicantibus, artem quærendi, inveniendi, judicandi, ordinandi, & applicandi ad internam scripturam, & non vulgares per memoriam operationes explicatis, ad Henricum III. Galliæ Regem. *Parisi.* apud *Ægid. Gorbium*, 1582. in 8. cum fig.

Ars Memoriae. *Parisi.* 1582. in 8.

Vid. *Biblioth. Anonym.* T. III. p. 324. *Bibl. Haspau.* p. 762.



Il Candelago. Comedia del Bruno Nolano  
Academico di nulla Academia; detto il fasti-  
dio. In tristitia hilaris; in hilaritate tristis.  
*In Parigi, ap. Guglielmo Giuliano, 1582. in 8.*

Vid. Nic. Franc. Haym, *loc. cit.* p. 184. *Bayle Diction.*  
T. I. p. 681.

Cantus Circæus ad Memoriam praxin ordina-  
tus, quam ipse judicariam appellat. *Parisis*  
1583.

Titulum hujus Libri debemus Belio, qui tamen ipse illum  
nunquam vidit, nec præter titulum quicquam annotavit.

Spaccio della Bestia trionfante, proposto  
da Giove, effettuato dal Consiglio, revelato  
da Mercurio, recitato da Sophia, udito da Pau-  
lino, registrato dal Nolano. Diviso in tre Dia-  
logi, suddivisi in tre parti. Consacrato al mol-  
to illustre & eccellente Cavalliero, Sig. Philip-  
po Sidneo. *Stampato in Parigi 1584. in 8.*  
pl. 16 $\frac{1}{2}$ .

Libellus hic est atheisticus ex rarissimis, cuique vix alius  
erit raritate æquiparandus. Londini haud ita pridem 28. li-  
bris Sterlingis in Auctione publica, & a Cl. Bunemann  
pro 100. Imperialibus fuit divenditus, quemque Ill. Besslerus  
pro 300. florenis Hollandicis sibi, alii 200. imperial. com-  
pararunt. Vid. *Gelehrte Zeitungen*, 1726. pag. 278. *Bunemann  
Catal. Librorum rariss.* p. 13. *Sam Engel Catalogus  
Librorum rariss.* p. 28. qui posterior contra Cl. Heumannum  
probat, hunc Librum genuinum esse Jord. Bruni factum.  
Quod locum impressionis attinet, legitur quidem *Parisis*  
in titulo; ast non sine verisimilitudine ex Epistola quadam  
Scioppii, quæ legitur in Jo. Tolandi *Collection of several  
Pieces*, Lond. 1726. Vol. I. p. 304. suspicatur doctiss. Aug.  
Bayerus loco mox citando, *Londini* illum fuisse excusum:  
quocum consentire fere videtur Cl. Bruckerus, qui *l. c.* p. 61.  
& locum & annum impressionis fictitium esse ex rationibus  
chronologicis demonstrari posse arbitrat. De Libro ipso



ita judicat Mr. Bayle: " C'est un Traité de Morale bizar-  
 " rement digéré, car on y exposé la nature des vices &  
 " des Vertus sous l'embleme des Constellations Celestes,  
 " Chassées du firmament pour faire place a de nouveaux  
 " asterisines, qui representent la verité, la bonté, &c. „  
 & Auctor Anonymus Libri Anglici, *Discourses concerning*  
*the everblestèd Trinity*, Londini 1720. in 8. editi, pag. 9.  
 nos docet, Librum ipsum, quanquam videatur commenda-  
 bilis, quod Cleri Romani vitia acerrime castiget, miram  
 tamen Satyram Enthusiastico-Atheisticam esse, quæ omnem  
 Cultum Dei, Religionesque quascunque proscindat. Jovem  
 enim ibi, Momum, & Constellationes invicem sermones,  
 & consilia miscere, Jove quidem conquerente, quod omnis  
 Deorum Cultus apud mortales intercidat: Momo culpam ejus  
 in Deorum amores, & regiminis eorum perversitatem reji-  
 ciente, & denique Constellationibus decernentibus, Religio-  
 nes omnes posthac abolendas, substituendasque in earum  
 locum virtutes morales. Conf. *Acta Eruditor.* 1721. p. 491.  
 Idem confirmat & clarius exponit Cl. Bayerus, scribens:  
 " Perlustravi Libellum & obstupescere cœpi ad verba, qui-  
 " bus Fidei Christianæ verba ridet &c. „ Reliqua legantur  
 apud ipsum Bayerum, qui magno eruditionis apparatu de im-  
 pio hoc Scripto agit in *Memor. Histor. Crit. Libror. varior.*  
 pag. 219. sqq. Satis copiose etiam de rarissimo hoc Libello  
 commentantur Mr. la Croze *Entretiens sur divers sujets* p. 326.  
 & Cl. Heumannus in *Actis Philosoph.* Tom. II. p. 404. sqq.  
 Cæterum Londini Librum hunc Jordani typis iterum ex-  
 scriptum fuisse A. 1713. in 8. refert Vener. Jo. Alb. Fab-  
 ricius in *Delectu Argument. & Syllab. Scriptor. de Veritat.*  
*R. C.* p. 475. Id quod de Versione Anglicana intelligen-  
 dum est, quam Jo. Tolandus edidit sub titulo: *Spaccio*  
*della Bestia trionfante, or the Expulsion of the triumphant*  
*Beast; translated from the Italian of Jordano BRUNO.*  
*London*, printed 1713. in 8. maj. pp. 280. Sed ne vile-  
 sceret Liber, & raritatis pretium amitteret, paucissima tan-  
 tum exempla describi curavit. Vid. S. Rev. Mosheimius in  
*Commentario de Jo. Tolando* p. 173.

De l'infinito Universo, & Mondi. Stampato  
 in Venezia 1584. in 8.

Legit



Legit hunc Librum Mr. Bayle, & nos docet: " Qu' il est  
 " composé de cinq Dialogues, où il soutient par un très  
 " grand nombre des raisons, que l'univers est infini, &  
 " qu'il y a une infinité de Mondes; qu'il se declare pour  
 " le sentiment de Copernic touchant la mobilité de la terre  
 " autour de Soleil. "

*Giordano BRVNO, Nolano, de la Causa, Prin-  
 cipio, & Uno. Stampato in Venezia 1584.  
 in 12.*

Constat hic Libellus V. Dialogis, quorum compendium  
 habes apud Mr. Bayle in *Diction.* T. I. p. 680. & Brucke-  
 rum *l. c.* p. 49. sq.

- - - Cabala del Cavallo Pegaseo,  
 con l'aggiunte dell' Asino Cillenico. *In Parigi,*  
*per Antonio Bajo, 1585. in 8.*

Notitiam hujus Scripti debeo Cl. Nicol. Franc. Hayni.  
 pag. 184.

- - - De gli Heroici furori. *In Pa-  
 rigi, per Antonio Bajo, 1585. in 8.*

De hoc Libello ita Cl. Bayle diserit: " Ils contiennent  
 " deux parties, dont chacune est divisée en cinq Dialogues.  
 " Il les fit pendant son sejour en Angleterre, & les dedia  
 " à Mr. Sidnei. Il y a beaucoup des Vers Italiens dans cet  
 " ouvrage, & beaucoup d'Imaginations Cabbalistiques; car  
 " sous des figures, qui semblent représenter les transports  
 " & les desordres de l'amour, il pretend elever l'ame à la  
 " contemplation des veritez les plus sublimes, & la guerir  
 " de ses defauts. On voit sur la fin quelques Poësies, où il  
 " chante la beauté des femmes de Londres. " Distinguen-  
 " dus est ab hoc Libello alius itidem rarissimus: *Epistole heroi-  
 che & Poësie, Libri II. edit. 3. in Venez. 1644. in 12. c. fig.*  
 Autorem habens Antonium Brunum, qui in Auctione Ham-  
 burgenf. Bibliothecæ Matfeldianæ divenditus fuit pretio  
 XIV. Marcarum.

- - - De Progressu & Lampade ve-  
 natoria Logicorum ad promte & copiose de  
 K 3 quo-



quocunque proposito problemate disputandum.  
1587. in 8. pagg. 79.

Reperitur etiam inter Raymundi Lulli *Opera Argentorati*  
1598. in 8. excusa.

*Jordani BRVNI, Nolani*, Artificium per-  
orandi, communicatum a Jo. Henr. Alstedio  
in gratiam eorum, qui eloquentia rem & ratio-  
nem cognoscere cupiunt. *Francofurti*, apud  
*Anton. Hummum*, 1612. in 8.

Publice has lectiones Vitembergæ Studiosis prælegit Jor-  
danus A. 1587.

- - - - De Specierum Scrutinio, &  
Lampade Combinatoria Raymundi Lulli, Do-  
ctoris Heremite omniscii, propemodumque  
divini. *Pragæ*, excud. *Georg. Nigrinus*, 1588.  
in 8. 9. pl.

Memini me olim vidisse & legisse hunc Librum Vitem-  
bergæ ex Bibliotheca B. Polyc. Leyseri, postea Prof. Helm-  
stad. mutuo acceptum. Reperitur etiam inter Raym. Lulli  
*Opera*.

*Jordani BRVNI, Nolani Camæracensis*, Acro-  
tismus, seu Rationes Articulorum Physicorum  
adversus Peripateticos Parisiis propositorum &c.  
*Vitembergæ*, apud *Zach. Crato*, 1588. in 8.

Brevem Libelli hujus recensionem habes apud Bayle in  
*Diction. Histor.* T. I. p. 679. sq.

- - - - De Monade, Numero, & Fi-  
gura Liber, consequens quinque de Minimo,  
Magno, & Mensura; item de Innumerabilibus,  
Immenso, & Infigurabili, sive de Univerſo &  
Mundis Libri IIX. Ad Illustriss. & Reverendiss.  
Principem Henricum Julium, Brunsvicensium  
& Luneburgensium Ducem, Halberstadiensium  
Episco-

Episcop  
& Petr  
4:  
le h  
epulit  
denatur  
fias H  
volunt  
Tom.  
fatis a  
P. III  
Athe  
tabog  
Fo  
& M  
rum  
Lib  
per  
Du  
P. 4  
Ide  
nan  
bri  
rie  
di  
che  
N  
B. P  
-  
fior  
phie  
MSS



Episcopum, &c. *Francof. ap. Jo. Wechelium, & Petrum Fischerum, Consortes, 1591. in 8. 42 $\frac{1}{2}$  pl.*

In hoc Opere Jordanus Brunus dogma suum præcipue exposuit, judice Jo. Alb. Fabricio T. I. *Biblioth. Græc.* p. 133. Renatum etiam Cartesium ex hoc præcipue Libro plurimas suas Hypotheses desumpsisse, & Jordani serinia compilasse volunt nonnulli; qua de re legatur Mr. Bayle in *Dictionar.* Tom. I. p. 681. Recensentur bini hi Libri, junctim editi, satis accurate & copiose a doctiss. Heumanno *Actor. Philosoph.* P. III. p. 301. sqq. P. V. p. 868. sqq. qui in neutro horum Atheismi vestigia deprehendi asserit. Conf. Reimmanni *Catalogus Bibliothecæ suæ, p. IIII. IIII2.*

*Jordani BRVNI, Nolani, de triplici Minimo, & Mensura, ad trium speculativarum Scientiarum & multarum activarum Artium Principia, Libri V. Ad Illustriss. & Reverendiss. Principem Henricum Julium, Brunsvic. & Luneb. Ducem, &c. Francofurti 1591. in 8.*

Recensetur ab Heumanno in *Actor. Philosoph.* P. IX. p. 436. usque 441.

- - - De Imaginum Signorum, & Idearum Compositione, ad omnia Inventio-num, Dispositionum, & memoriæ genera, Libri III. Ad Illustriss. & Generosiss. Joh. Henricum Haincellium, Elcovix Dominum. Credite, & intelligetis. *Francofurti, ap. Jo. Wechelium, & Petr. Fischerum, 1591. in 8. 14. pl.*

Manibus hunc Libellum tractavi quondam in Bibliotheca B. Polyc. Leyseri, tunc Adjuncti Vitembergensis.

- - - Summa Terminorum Metaphysicorum, ad capeñdum Logicæ & Philosophiæ Studium; ex *Jord. BRVNI* Entis descensu MSS. nunc primum luci commissâ a Raphaële



Egolino Iconio. *Tiguri*, apud *Jo. Wolpbium*; *typis Frofchov.* 1595. in fol.

Recusus est hic Liber *Marpurgi Cattorum*, ap. *Rudolf. Hutwelcker*, 1609. in 8. Prior editio, quæ est in Biblioth. *Bunemann.* p. 91. longe rarior est posteriori, quæ recensetur in *Heumannii Actor. Philosoph.* T. III. p. 424. sqq.

*Jordani BRVNI, Nolani, Ars reminiscendi & in phantastico campo exarandi.* Lond. in 8. *Sigillus Sigillorum.* *ibid.* in 8. *Explicatio triginta Sigillorum.* *ibid.* in 8.

Tituli horum Scriptorum leguntur in *Bayeri elegantissimis Librorum rarior. Memoriis* p. 276. de quibus nos hæcenus nihil alibi consignatum aliquid reperimus.

*M. Lienhart BRUNNERS Biblische Concordantz.* *Strasburg* 1530. fol.

Primus Autor, qui Concordantias Biblicas lingua germanica concinnare aggressus est, atque hinc admodum rarus & a paucissimis vilus. Vid. *Catalogus Biblioth. Reimmann.* p. 215. Post Brunnerum Petrus Gedultig, quem ante Conradum Agricolam & Frid. Lankischium nominare potuisset doctiss. Reimmannus, eandem operam adortus est, itidem ut Brunnerus fere incognitus hodie; cujus tamen Concordantiæ præferendæ Brunnerianis, quia ad Versionem Lutheri adornatæ sunt. Nostrum exemplum fuit olim *Hermannii Hamelmanni* hac inscriptione notatum: *Concordantz und Zeiger über die ganze Heil. Biblische Schrift des Alten und Neuen Testaments, darinnen ein jeglicher teutscher Leser, er sey gelehrt oder ungelehrt, nach Ordnung des Alphabets, alle und jede Wörter, Namen, Historien, &c. zu ersuchen hat, und zu finden; alles auf die Dolmetschung D. Mart. Luthers sel. und darzu nicht allein auf die Bücher und Capitel, sondern auch auf die Paragraphos, und Unterschiede derselben, gerichtet, durch Petrum GEDULTIG, von Gerrenroda. Gedruckt zu Franckfurt am Mayn, 1571.* fol. In Dedicatione P. IV. præmissa, p. 1. hæc leguntur: "Nach  
"vielen Nachdencken und Nachfragen habe ich endlich  
"befunden, daß M. Leonhard Brunner seliger, welcher  
"zuletzt



“ zuletzt hieher gen Landau kommen, und in dem Pfarr-  
 “ amte auch bey uns im HErrn seliglich entschlafen, etwas  
 “ dergleichen, wiewol mit grosser Kürze, vor etlichen Jah-  
 “ ren habe lassen ausgehen; doch hat mir kein Exemplar  
 “ mögen zu theil werden. „ En maximam Operis Brun-  
 neriani raritatem, quod suo jam tempore Petrus Gedultig  
 ipse Pastor Landaviensis & Successor Brunneri frustra qua-  
 sivit, & nancisci nullo modo potuit.

Les Oeuvres de BRUSCAMBILLE, conte-  
 nans ses fantaisies, imaginations, & paradoxes,  
 & autres discours comiques. à Rouen 1635. 12.

Liber æternis tenebris dignus, quem sentinam dixeris  
 ineptiarum, scommatum, scurrilitatum, obscœnitatum, &  
 si quid dici potest turpius. Vid. S. Rev. Reinmannus in *Hi-*  
*storia universali Atheismi*. p. 392. & in *Catalogo Biblioth.*  
 pag. 1119.

Jo. Michaëlis BRVTI, Historiæ Florentinæ  
 Libri IIX. Lugdun. 1562. in 4.

Liber rarissimus, ac Superiorum jussu suppressus; quod  
 indicat *Catalogus Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 384.  
 his verbis: “ Es ist überaus rar; indem der Groß-Herzog  
 “ von Florentz alle Exemplaria hat auffuchen lassen, um sie  
 “ zu supprimiren. Der Autor mußte sich aus Italien weg-  
 “ machen; weil er gar zu frey von dem Hause de Medicis  
 “ geschrieben hatte. „ Conf. *Biblioth. Histor. Hamburg.*  
*Cent. III.* p. 247. *Biblioth. Histor. Struvio-Buderiana* p. 1435.  
 Recusus nunc extat hic Liber Etruriæ tabula geographica,  
 & urbis Florentiæ delineatione illustratus in *Thesauro Anti-*  
*quitat. & Histor. Italie*, T. IIX. P. I.

Guilielmi BVCANI Institutiones Theologicæ,  
 seu Locorum communium Christianæ Religio-  
 nis Analysis.

In Anglia ab Academia Cantabrigiensi sollicitè conquestæ,  
 & publice jussu Londini 1622. combustæ fuere. Vid.  
 Gerh. Jo. Vossii & Cl. Viror. *Epistola*, f. 33. Conf. Schel-  
 hornii *Amœnitat.* Tom. IIX. p. 491. Est tamen hic Liber  
 repetitis typis editus satis ubique obuius.



*Gabrielis BUCELINI, Monachi Theologi Imperialis Monasterii Weingartensis, Germania Topo-Chrono-Stemmato-graphica, sacra & profana. fol.*

Quatuor Opus hoc constat Partibus, quæ diversis locis & temporibus impressæ sunt. Pars I. *Augustæ Vindel. 1655.* Pars II. *ibid. sed A. 1662.* Pars III. *Francof. ad Mœn. 1672.* Pars IV. *Ulmae 1678.* Hinc raritas. Integrum enim Opus infrequens est.

*Martini BUCERI Scripta.*

Sensim sensimque in Germania ipso Autore curante excusa haud facile obvia, & præ cæteris editionibus, quæ ex sententia Calvini castratæ prodierunt, æstimanda esse asserit Cl. Schelhornius *Amœnitat. Litterar. T. V. p. 51.* Testem hujus assertionis proferens Gerh. Jo. Vossium in Epistola ad Hug. Crotium, quæ legitur inter *Epistolas Vossianas, f. 447.* scribentem: "Consulendæ sunt editiones illæ, quæ nobis Germania produxit; non quæ ex sententia Calvini castratæ prodierunt *Genevæ.* - - - Cam vero omnia fere Buceri sint moderatissima, tum imprimis Præfatio in *Commentarios super IV. Evangelistas*, in editione *Argentoratensi 1530.* quæ & ipsa præterita in editione *Rob. Stephani anni 1543.* Idem Vossius locum etiam producit e Buceri *Commentariis in Psalmum II.* qui in editione *Rob. Stephani 1554.* castratus ac interpolatus legitur. Præprimis vero e Buceri Scriptis rarius est Volumen Scriptorum Anglicanorum, cui tit. *Martini BUCERI Scripta Anglicana fere omnia, iis etiam, quæ hæcenus vel nondum, vel sparsim, vel peregrino saltem idiomate edita fuere adjunctis; a Comrado Huberto singulari fide collecta. Basil. ex Petri Pernæ offic. 1577. fol. pp. 959.* quod recensetur in *Nov. Antiquis Theolog. 1707. p. 182. sqq.* Conf. Alb. Meno Verpoortemii *Commentat. Histor. de Mart. BUCERO p. 50.* Dan. Gerdesii *Florileg. Librorum rarior. p. 15.* *The-saurus Bibliothecalis T. II. p. 230. sq. T. IV. p. 126. sqq.*

*Philippi BUCHII Fabula Hæreseos Prædestinarianorum, infamandæ Orthodoxiæ a Gratiaæ diviniæ*



divinæ adversariis olim confictæ, & Seculo nostro in scenam productæ, adscititia vero specie exuta. *Francos. ad Oder. 1676. in 4.*

Rarissimum esse hunc Librum, paucissimisque cognitum, qui scilicet propriis Autoris sumtibus fuerit excusus, docet Theologus b. m. incomparabilis Jo. Feehtius in *Lectionibus Theologicis in Selectior. Controversiarum Syllogen* p. 280.

*Guil. BUDAËI Opera omnia, IV. Voll. Basileæ, ap. Nicol. Episcopium jun. 1557. fol.*

Opus rarissimum vocatur in *Bibliothecæ Scalbruch. Catal. I. p. 35.* Quæ in quolibet Tomo continentur, legi possunt in *Frid. Jac. Leickheri Vitis Cl. 7Ctor. p. 105. sqq.*

*Guil. BUDAËI, Med. D. & Quedlinburgensis primum Medici, postea vero Illustriss. Principis Brunsvic. & Luneburg. Archiatri, & Episcopatus Halberstadiensis Physici, Scripta omnia sunt rarissima. Indicat hoc doctiss. Dn. Reimannus. in Commentat. de Libris Genealogicis, ubi satis copiose de Budæi Scriptis agit, P. I. p. 130. sqq. his verbis: "Ac licet ipse (Budæus) propriam Typographiam in suis ædibus habuerit, omnesque enarratos Tractatus, si non totos tamen ex parte exscribi curaverit, tamen tam rara hodie, & cara ejus sunt omnia, ut animi vehementer pendeam, an Reliquiæ Sanctorum apud Pontificios majori in pretio & Veneratione esse queant. „ Ejus *Thanatologia, Helmstad. 1605. in 8.* edita, anteaque inventu perrara, recusa jam legitur inter *Scriptores Rerum Germanicarum*, a Jo. Mich. Heineccio & Jo. Georg. Leuckfeld *Francos. 1707.* editos. Præcipue autem hic ex Scriptis Budæi in censum veniunt:*

Familia & Patrimonium B. Stephani Halberstadenfis. Das ist: Das Halberstädtische Stamm- und Lehn-Register von den Fürsten, Grafen, Freyherren, Rittern, und Adels-Personen, ihren Geschlechtern, dann auch Erb-Sitzen, und Gütern, so dieselben sammt und sonders vom



vom Stifte Halberstadt ehemals zu Lehen gehabt, und einestheils anjetzo noch haben und tragen; in drey Theile ordentlich verfasst durch *Guil. BVDAEVM*, der *Arzeney Doctorn*, und eines *Hochwürd. Dom-Capituls* und *ehrbaren Raths zu Halberstadt bestalten Physicum* daselbst. In *Halberstadt*, durch *Jac. Arnoldum Koter*, A. 1615. in 4.

Delineationem hujus Operis, quod vix millesimo contigit, ut illud conspiciere potuerit, habes apud Reimmannum l. c. p. 137 - 151.

*Guil. BVDAEI Vita Alberti II. Episcopi Halberstadiensis, & Ducis Brunsvicensis. Halberstadii 1624. in 4. germanice.*

Prima saltem Pars hujus Scripti, annos regiminis XVI. complectens, edita est; & vero admodum simile videtur alteram Partem ab Autore, morte inopinata A. 1625. abrepto, non fuisse confectam. Rarissima autem est hæc *Biographia BVDAEI Albertina*, ut patet ex sequentibus Cl. Reimmanni in *Commentar. de Libris Genealog.* II. p. 206. verbis: "BVDAEI *Vita Alberti* in nostris aliisque terris inventu est rarissima. Quod quidem an inde evenerit fortassis, quod belli tricennalis tempore Exemplaria direpta ab illotis manibus, & rebus vilioribus involvendis admota fuerint; an vero aliunde & hinc etiam acciderit, quod Scriptum hocce Autoris sumtibus excusum post ejus mortem, cum Bibliotheca sua dilaceratum ab hostibus & dispersum sit: indubitato confirmare non possum. Hoc possum dicere, hunc Librum esse unum ex rarissimis apud nos, & Phœnicis alicujus more modove vix semel iterumve intra multos annos in Bibliothecis publicis privatisque conspici; in tabernis autem librariis prorsus exulare, nisi Libris antiquis & obsoletis & compactis se interdum immisceat. "

- - - - *Chronicon Halberstadiensium Episcoporum; cum Prolegomenis de Initio, Progressu & Decremento Halberstad. Episcopiorum.*

Ingen-

Ingen  
manns.  
" by  
" dan  
" oper  
" dan  
" ein  
" excu  
" filie  
" beo  
" tical  
" jectur  
Præf.  
Den A  
elirten  
pirmge  
auf die  
Sagun

W  
Ho  
Ra  
P. 73  
Ingen  
Co  
emerr  
Hilt  
tore  
Par  
Ton  
Ton  
Lib  
Vid. v  
fatis cop  
& p. 14  
Jo.  
vium



Ingentem hujus Scripti raritatem *l. c.* indicat Cl. Reimmannus, cujus hæc sunt verba: "Chronicon hoc foliis Sibyllæ æquiparari potest, usque adeo nulli ejus inspiciendi datur copia. Et ego mihi optime sum conscius, quantum opera & laboris infumferim, priusquam eam, quæ a Budæo excusa est, particulam adipisci potuerim. Totum enim Opus nunquam ad umbilicum pervenisse, nedum excusam esse alicubi, sed æque ut Vitam Alberti II. mansisse imperfectum his fere argumentis persuasum mihi habeo &c." His Reimmanni verbis inducor credere, *Particulam* quandam hujus *Chronici* fuisse excusam; qua in conjectura confirmor a doctiss. Jo. Georg. Leuckfeldio, qui in Præfat. *Antiquitat. Halberstadiensis*. §. 3. mentionem facit: *Den Anfang seines (Guil. BYDAEI) in 4. Bog. incomplet edirten historischen Discourses von denen Kriegen und Empörungen des Stiftes Halberstadt, von der Foundation an bis auf die Zeit des sechsten Bischoffes Sigismundi.* Conf. Casp. Sagittarii *Historia Halberstadiensis*, §. 2.

*Wencesl. BVDOWEITZ a Budowa, Circulus Horologii Lunaris & Solaris.* Hanov. 1616. in 4.

Rarissimus audit Cl. Zeltnero in *Historia Crypto-Socinian.* p. 73. Addendus huic Libro ejusd. Autoris *Gnomon Apologeticus Circuli Horologii.* Hanov. 1618. in 4.

*Cæsaris Egassii BVLAEI, Eloquentiæ Profess. emeriti, antiqui Rector. & Scribæ Univers. Paris.* *Historia Universitatis Paris.* a Carolo Imperatore usque ad annum 1600. Tom. I. & II. *Paris* 1665. in fol. Tom. III. *ibidem* 1666. Tom. IV. *ibid.* 1668. Tom. V. *ibid.* 1670. Tom. VI. *ibid.* 1673. in fol.

Liber extra Galliam rarissimus, & in ipsa Gallia perrarus. Vid. Wendleri *Dissertat. de Libris rar.* §. 23. Prior Tomus fatis copiose recensetur in *der Thomassischen Biblioth.* p. 23. 199. & p. 140. 199.

*Jo. Antonii BVMALDI Minervalia Bonon. Civium Anathemata, seu Bibliotheca Bononiens.*  
cui



cui accessit antiquiorum Pictorum & Sculptorum Bononiensium brevis Catalogus. *Bononiae*, typis *Hæredis Victorii Benatii*, 1641. Superiorum permissu, in 24.

Librorum rarissimorum numero adnumeratur a Theoph. Sincero in *Bibliotheca Historico-Crit. Librorum varior.* p. 98. Latet sub Bumaldi nomine Ovidius Montalbanus, cujus Scripta cætera recensentur in Valerio Zani *Memorie impressi, & ritratti de Signori Academici Gelati de Bologna* p. 352. sqq.

Petri BUNELLI, *Galliæ Præceptoris, & Pauli Manutii Itali, Discipuli*, Epistolæ Ciceroniano stylo scriptæ. Henr. Stephanus Dedicationem & Præfationem præmisit. An. 1581. Typis *Henr. Stephani*, in 8.

Liber rarissimus, teste Cl. Bunemanno, qui in *Catalogo Librorum rariss.* p. 116. pretium illi III. taleror. statuit.

Petri BVNGI, *Bergomatis Canonici*, Liber de Mysteriis Numerorum.

Scriptis Magicis rarioribus adnumeratur a Jo. Ernst Berger in *Diatr. de Libris varior.* p. 8. Mart. Lipenius in *Biblioth. Philosoph.* p. 1011. tres Libri hujus recenset editiones: *Bergomi* 1585. in 4. *ibid.* 1590. in 4. *Parisiis* 1618. in 4.

Franciscus BURCHARDVS de Autonomia, das ist, von Freystellung mancherley Religion und Glauben. *München* 1593. in 4. iterum *ibid.* 1602. in 4. fol. 492.

Admodum rarenter obvium, uti per litteras mihi indicavit S. Rev. Jo. Bernh. Hasselius. Recensetur in Chr. Aug. Saligii *Historia August. Confess.* T. I. p. 788. sq.

Petri Bapt. BVNGI Commentarius de Bello Svecico. *Leodii* 1633. in 4.

Rarissimus vocatur a Car. Frid. Buddeo in *Schediasm. de Criteriis boni Libri*, p. 35. Id quod de hac editione, quæ est nitidissima, cuique accesserunt imagines, intelligo. Recensus enim sæpius est hic Liber sub titulo: *Mars Svecico-Germanicus*, *Colon.* 1641. 1642. in 12. Vid. *Christ. Gryphius*



phius de *Scriptoribus Histor. Seculi XVII. illustrant.* pag. 68. De Autore Petro Bapt. Burgò quaedam lectu dignissima habet Menckeniorum *Bibliotheca Virorum Militia aequae ac Scriptis illustrium*, p. 103. sq.

Walteri BURLEY Liber de Vita ac Moribus Philosophorum, Poëtarumque veterum. *Argentinae* 1516. in 4.

Non solum hæc Argentina, sed reliquæ etiam hujus Libri editiones, quæ typis adhuc rudibus nascente demum Typographia fuere excusæ, raræ sunt ac perraræ. Leg. Cl. Heumannus in *Actis Philosoph.* T. III. p. 282. sq. & 449. *Zeit- und Geschicht-Beschreib. der Stadt Göttingen*, T. III. p. 182. sq.

Petri BURMANNI Sylloges Epistolarum a Viris illustribus scriptarum, Tomi V. *Leidæ*, apud Sam. Luchtmans, 1727. in 4.

Hæc Collectio Epistolarum, quæ recensetur in *Actis Eruditor. Lipsiens.* 1728. p. 155. sqq. omnium præstantissima est, & rarissima: ultra enim 400. exempla typis non sunt exscripta. Vid. Cl. Scharfius in *Notis ad Osiandrum de Studiis privatis V. D. Ministri*, p. 152.

Arthur BURY, vid. LATITVDINARIUS & NAKED GOSPEL.

Statii BVSCHERI Crypto-Papismus novæ Theologiæ Helmstadiensis. *Hamb.* 1640. in 4.

Exemplaria hujus Scripti, cujus quædam exempla personatum Christiani Petri nomen gerunt, Fisco jussu Principis sunt addicta. Vid. Helmstadiensium *Refutatio* hujus Libri, in *Prefat. lit. c.*

Jo. BVSTAMANTINI de reptilibus animantibus S. Scripturæ Libri VI. duobus Tom. comprehensi. *Lugduni*, ap. Ant. Pilehorre, 1620. in 8.

Liber perdoctus & oppido rarus, ex quo multa transfumfisse videtur Sam. Bochartus. Raritatem indicant *Catalogus Bibliothecæ Lampianæ* p. 93. & Godofr. Balth. Scharfii *Entheilgtes Gottes-Haus*, p. 417. Prima hujus Libri editio prodit *Compluti* 1595. in 4. Recensetur in *Merkwürdigkeiten Biblioth. Reg. Dresdens.* T. II. p. 532. sq.

